EDOARDI BREREWODI ANGLI, ASTRONOMIÆ IN COLLEGIO GRESHAMENSI LONDINI OLIM PROFESSORIS, ...

Edward Brerewood, Jan Jonston

EDOARDI

BREREWOD

ANGLI,

Astronomiæ in Collegio

Greshamensi Londini olim

professoris,

CRUTINIUM LINGVARUM.

FRANCOFURTI,

Sumptibus THOMÆ-MATTHIÆ GÖTZII.

ANNO M. DC. LI.

NOBILISSIMO ET EXCEL-
LENTISSIMO VIRO

Dn.ᵒ

GOTHOFREDO WILHELMO,

Philoſopho & Medic
tislavienſium Clariſſimo,

Amico intes rimo,

Hunc Latinè loquentem Anglum,
amicitiæ teſſeram
offert

Johannes Jonſtonus.

SCRUTINIUM LINGVARUM.

CAPUT I.

De Veteris Linguæ Græcæ amplitudine.

GRæca lingua non tantùm Græciæ, quæ nomine Helladis nota, sinu Ambracio, fluvio Arachto, qui ab oriente ipsum influit, & fluvio Peneo, versus Septentrionem, aliuſq; maris partibus includitur, ita ut Acarnania & Thessalia extremæ versus Græciam fuerint regiones; sed & Macedoniæ & Epiro, quarum illa versus Septentrionem, hæc versus Orientem, & quidem successu tem- *Strabo l. 8.*

poris olim vulgaris fuit. Utebantur quoque illâ omnes Ægei maris insulæ, quæ inter Græciam & Asiam, tam Cyclades, quarum quinquaginta tres numerantur, quæque inter Candiam & Nigropontum jacent; quam illæ, quæ supra Nigropontum ad fretum Constantinopolitanum extenduntur. Idem sentiendum est de insulis, Candia, Scarpanto, Rhodo, & parte Cypri: nec non omnibus illis, quæ littoribus Asiæ à Candia ad Syriam imminent. Habuit eadem locum, non tantùm in occidentalibus Asiæ minoris, quæ nunc *Anatolia* & *Natolia* partibus, & versus Ægæum mare jacet, multisq; Græcorum coloniis repleta erat, ex quibus Miletus, mater, computante Seneca, septuaginta civitatum; Plinio, octoginta: sed & in Septentrionalibus, versus Pontum Euxinum ad Sinopen usque, ut Isocrates assumat, & versus Africam in meridie,

Seneca in consol. ad Helvid. c. 6 Plin. H. N. l. 5. c. 29. Isocrat. in Panegyr.

die, ad Chelidonias insulas, ut Lucianus testatur, quæ Lyciæ & Pamphiliæ opponuntur. Erant & ultra, ad marina Asiæ littora, utrinq; ortum versus, multæ Græcorum civitates, barbaris mistæ. Inprimis verò tractus Septentrionales Asiæ ad Trapezuntem feraces earum fuere. Notandum etiam ex historiis, non tantùm maritimas Anatoliæ partes lingvâ Græcâ quam intelligebant, usos; sed & mediterraneos incolas, tum quòd cum Græcis commercia exercerent; tum, quòd Oriente excepto, ab iis circumsederentur. Observatu quoque dignum, quòd Lingva Græca, utut Anatoliæ communis fuerit, vulgaris tamen non evaserit, nec aboleverit vernaculam. Hieronymi authoritate habemus, Galatas, non tantùm lingvâ Græcâ, sed & peculiari Trevirorum æmulâ usos. Strabo in Carum lingua multa verba Græca occurrisse scribit.

Lucian in Amarib.

Hieron. in Prooem. l. 2 Comm. Ep. ad Galat.

Strab. l. 14

bit. Unde colligendum, habuiſſe peculiarem. Idem expreſſiſſimè ex Ephoro meminit, ex ſedecim quæ illũ tractum inhabitavêre nationibus, tres fuiſſe Græcas; reliquas, quas ibi vide, barbaras. Nec tamen Cappadoces, Galatæ, Lydi, Maxones & Cataones, haud parva illarum regionum nomina, omittuntur. Obſervatum etiam à Plinio & aliis viginti illas duas ſingvas, quas Mithridates Rex Ponti, ſine interprete loqui poterat, fuiſſe nationum ipſi ſubjectarum, cujus dominium, maximâ parte, Anatoliâ nunc dicta, continebatur. Maximè verò urget, quod in Actis Apoſtolorum extat, Cappadociam, Pontum, Aſiam, Phrygiam, & Pamphiliam tanquam diverſarum ſingvarum regiones induci. In plerisque maris Thracici oris, non tantum ab Helleſponto ad Byzantium, quod erat pars illa Conſtantinopoleos, in Orientali urbis

Plin. H. N. l. 6. c. 2.

Plin. H. N. l. 7 c. 24. Val. Max. l. 8 c. 7. Gell. l. 17. c. 17.

Act. c. 2. v. 9 & 10.

Douſa Lustr. Constantinop. c. 24.

urbis angulo, ubi jam Turcici Imperatoris Seraglium est; sed ultra, juxta Danubii ostiorum tractum, & quæ istum superant; invenio multas Græcas civitates ad loca maritima, (Scylacis & aliorum fide scribo) usque ad fretum Cassæ in Taurica; & ultra, legendo Circassiæ & Mengreliæ littora, ad fluvium Phasim, & hinc ad Trapezuntem. Summa. Totus Ponti Euxini ambitus illis sonat. Ut verò nos ab Oriente & Septentrione ad Occidentem conferamus, lingva Græca communis erat, omnibus insulis, quæ versus Occidentem & Austrum, à Candia ad Corcyram jacent; Siciliæ etiam, cui, ut in Historicis fide dignis observavi, triginta ferè inductæ sunt coloniæ, inter quas Agrigentum & Syracusa, civitas tempore Strabonis tanta, ut centum octoginta stadia, in circuitu occuparet. Non abibo quoque à veritate, si di-

Scylax Caryandæ usque ad Periplum.

xero, non tantum totum illum maritimum Italiæ tractum, qui ad mare Tyrrhenum jacet, à Garigliano fluvio, qui olim Liris, ad Leucopetram, auſtraliſſimum Italiæ Terminum, quod littus ad ducenta ferè & quadraginta milliaria Anglica extenditur, à Græcorum colonis inhabitatum fuiſſe; ſed & quod ultra ad Jonium mare, verſus ſinus Squillaecenſem & Tarentinum, protenditur, quæ pars adeò repleta erat Græcotum civitatibus, ut *Magna Græcia* nomen meruerit: imò & bonam Apuliæ partem, quæ mare Adriaticum reſpicit. Nec maris tantum accolas, ſed & qui in mediterraneis habitabant, Græcâ lingvâ uſos credendum eſt. Vidi vetera Brutiorũ numiſmata, & plura apud Goltzium videri poſſunt, cum Græcis inſcriptionibus. Βρέττιοι cum ε inſcriptum erat, non prout Romanis in uſu, *Brutii*. Vidi & aliud ejus tra-

Goltz. in Numiſm. Magnæ Græciæ, Tab. 24.

tractus urbis Pandosiæ, cum simili inscriptione. *Nec ita dudum est, ex quo vulgaris Græca lingva usus ibidem evanuit.* Scribit enim Galateus, vir in illis regionibus eruditissimus, qui centum & viginti abhinc annis vixit, usam se puero, Græca lingva Callipolin, urbem quæ in Orientali sinus Tarentini littore jacet. Sed *dicturus ejus in Ecclesiasticis officiis* usus. Nam Gabriel Barrius, qui ante quadraginta annos scripsit, meminit, Rossanensem Ecclesiam (urbs est Archiepiscopalis in superiore Calabria) Græcam lingvam cum ceremoniis ad suam usq; ætatem retinuisse; post evasisse Latinã. Imò ut propius ad nostra tempora accedamus, observavit Angelus Rocca, qui ante viginti annos scripsit, suo adhuc tempore, Servatas in quibusdam Calabriæ & Apuliæ partibus, Græcæ lingvæ reliquias. Centum denique est, totum illud Galliæ

Galat. in descript. Callipolin.

Barr. l. 1. de antiquo Calabriæ.

Strabo Geogr l 4. Thucyd. l. 1. Plin. H. N. l 3. c. 5.

littus, quod verſus mare Mediterraneum à Rhodano ad Italiam protenditur, à Græcis inſeſſum fuiſſe. Maſſilia namque Phocenſium colonia erat. Ab hac derivatæ aliæ, littus illud ad Nicæam uſq; quæ etiam una ex illis, occupavêre. Poſſem & alias multas diſperſas Græcorum per Europam, Aſiam & Africam colonias recenſere. Etſi enim ſola Cirta in Numidia colonia in Africa apud authores occurrat, quam Micipſa Maſaniſſæ filius, teſte Strabone, deduxit: fuiſſe tamen inde verſus Orientem quasdam, nullum dubium. Cyrene enim & Alexandria Græcæ civitates erant. Plerasque etiam illius tractus urbes Græca habuiſſe nomina, ex Strabone, Ptolomæo, Mela & aliis Latinis ſcriptoribus evidentiſſimum eſt. Sanctus deniq; Hieronymus, Lybiam, quæ pars Africæ Ægypto contermina, urbibus Græcis plenam fuiſſe, teſtatur. Et hæc erant lo-

Strabo Geogr l 17

Ptolom. Afric. T 3. Mela l. 1. c. 8. Hieron in Proem. l. 2 Comm Ep ad Galat.

loca, in quibus communiter Græca lingva, ſeu ab origine, ſeu quod coloniæ eo deductæ fuerunt, utebantur. Erant verò & aliæ cauſæ, ob quas latius ſua pomœria produxit. Et *prima* quidem in amorem Philoſophiæ & liberalium artium, quæ Græca lingva erant conſcriptæ, conjici poteſt. *Altera* in commercia, quibus Græci ſupra cæteras nationes, Phœnices ſexcentperis, quibus tamen vix inferiores fuêre, addictiſſimi erant. *Tertia*, quod omnes illi Principes, inter quos Alexandri M. hæreditas diviſa, Græci fuerint, & ſummi Græcæ lingvæ propagatores. Solus certè Seleucus, ſi Appiano fides habenda, ſexaginta civitates in oriente fundavit, eisdemq; nomina Græca a ſe, uxore aut patre indidit. *Quarta* eaq; etiam inter præcipuas, quod translata Conſtantinopolin Imperiali ſede, Græci præfecti provinciis fuerint. Hinc ergo factum, ut totum Orien-

Appian. de bell Syriac.

tem, ſeu Orientalem Romani Imperii partem, vel ut phraſi illorum temporum utar, Diœceſin Orientis, quæ Syriam, Palæſtinam, Ciliciam, & Meſopotamiæ Arabiæq; partem continebat, Græcâ lingva uſam Hieronymus ſcribat: Iſidorus verò Doricam Dialectum in Syria & Ægypto viguiſſe addat. Tenuitque hanc magnam in Oriente gloriam lingva Græca tempore Apoſtolorum, & longè poſt, donec inundatione Saracenorum, quæ tempore Herachi, circa ſexcenteſimum quadrageſimum à nato Chriſto annum non minus oppreſſa fuiſſet, quàm Latina per Gothorum & aliorum in Italiam irruptionem obfuſcata eſt.

CAPUT II.

De deſtinatione veteris Græcæ lingvæ, & moderna Græca.

SEd hodiè nimis multum Græcæ lingvæ tamen amplitudine & uſu,

uſu, quam in puritate & elegantia deceſſit. In Italia certè, Gallia & aliis Occidentis partibus, à naturalibus illarum regionum lingvis oppreſſa: In Epiro & parte Macedoniæ verſus mare Adriaticum à Sclavonica lingva extincta eſt. In Anatolia Turcica lingva eam ſuppreſſit; in Orientalioribus & Meridionalibus partibus, Cilicia nempe, quæ ultra fluvium Piramum, Syria, Paleſtina & Lybia, Arabica eam abolevit. Abolevit inquam, ſi communem uſum attendas: ſi Eccleſiaſticum, non item. Nam à multis adhuc illarum partium Chriſtianis in Liturgia ſervatur. Uſus ergò, ut verbo dicam, Græcæ lingvæ, nunc temporis eſt, ut *Græca*; Epiro & Occidentalibus Macedoniæ partibus exceptis; in *inſulis* Ægæi maris; in *Candia* & inſulis à Candia verſus *Cyprum*, in quo & aliæ lingvæ vigent, ad Ortum jacentibus, in inſulis

lis à Candia ſecundùm occidentem Græciæ & Epiri oram ad Corcyram, & denique in bona Anatoliæ parte. Non tantùm autem, ut dixi, in tantas anguſtias conjecta eſt vetus *lingva Græca*: ſed & multum *à ſua puritate*, barbarie fœdata, *deflexit*; etſi non ſine reliquis veteris elegantiæ. Non tamen ita à ſe abiviſſe videtur, ut Italica à Latina, quod & Bellonius obſervavit, & per collationem Epiſtolarum modernæ lingvæ, quæ in Cruſii Turcogræcia extant, cum vetere, haberi poteſt. Nec puto hanc ei per barbarorum inundationem corruptionem accidiſſe, quod Latinæ factum novimus. Scio equidem vaſtatam à Gothis, quam percurrêre, Græciam: in nullo tamen Hiſtorico invenio, aut diu ibi commoratos, aut ſedem fixiſſe, aut in unum cum Græcis populum coaluiſſe: & ideo non potuiſſe alterari nimium.

Bellon. obſerv. l. 1 c. 3

Turcogræc. l. 3. & 5.

Cer-

Certum interim, *corruptam*, prout nunc eſt, *antequam Turcæ irruptionem feciſſent*. Certè in Cedreni, Nicetæ, & aliorum qui ante Turcarum invaſionem floruere, ſcriptis quamvis eruditis, multæ hujus barbariei reliquiæ: ita ut & ipſi inter eos docti agnoſcant, veterem hanc corruptionem eſſe, nec ſciri quando cæperit. Quod certum apud me argumentum, non ſubitò per exterarum nationum miſturam cæpiſſe, ſed ordinariâ quadã mutatione, quã tempus & communes aliæ tempori inſervientes occaſiones omnibus linguis inferre poſſunt, lentè & inſenſibiliter. Non poteſt etiam negari, quod & Græci ipſi fatentur, non tantùm Romana vocabula quæ cum translatione Imperialis ſedis Conſtantinopolin irrepere cæperant; quod in diverſis antiquis authoribus Græcis obſervare eſt; ſed & per commercia multa, Italorum,

Gerlach. ad Cruſii Turcogr. l. 7 p. 489.

Zigomalas in Epiſt. ad Cruſium.

Scla-

Sclavonum, Arabum, Turcarum, & aliarum nationum, irrepſiſſe. Ideò majorem μεταβολὴν in maritimis quam mediterraneis partibus paſſa eſt, ut à Bellonio obſervatum. Maxima tamen corruptio domi nata, & à proprio ipſorum negligentia ſeu affectatione proceſſit. Mutilarunt quædam verba, dum δὲν pro μηδὲν, νὰ pro ἵνα pronunciant & ſcribunt. Compegerunt nonnulla in unum, dum πῶδες pro πῶ ἔδες, φτιὰξη pro εἰς τὸ φτιὰξη loquuntur. Confudere ſonos, dum tres vocales η nempe ι, υ, & duos diphtongos ει & οι tanquam i proferunt. Οἰκῶ, εἶκον, φτιὰξη λέγω ipſi ſcticos, iconſtiti, lipi. Transtulêre denique accentus à ſyllabis quibus antiquitus tribuebantur, ad alias. Et quatuor hi corruptionis modi, communes ipſorum lingvæ ſunt. Ideò ut in Cruſio & Burrano videre eſt, multum, etiam in propriis & nativis vocabu-

Bellon obſ. l. 1. c 3.

Cruſ Turcogræc. p. 44. 224. 242. 391. 398. 399.

Burran in Corona preciosa. Gerlach apud Cruſ. l. 7 Turcogr. p. 489

cebulis, ab antiqua abiit. Meminêre tamen quidam, esse in *Morea*, quæ olim *Peloponesus*, inter *Napolim* & *Monembasiam*, seu *Nauplium* & *Epidaurum*, quatuordecem urbes, quarum incolæ *Zacones*, Lacones olim, antiqua Græcâ utuntur, nullâ Grammaticarum regularum habitâ ratione: intelligunt etiam Grammaticè loquentes, sed non illos, quibus vulgaris in usu est. Observavit & Bellonius, esse propè Heracleam in Anatolia, quibus pura Græca in usu. His locis non obstantibus, certum est tantam esse modernæ lingvæ Græcæ à vetere differentiam, ut liturgiæ quæ adhuc hodie in Græcis Ecclesiis leguntur, Basilii diebus Dominicis & solemnibus, Chrysostomi profestis, à vulgo vel parum, vel planè nihil intelligantur; quod testimonio virorum, qui illis in partibus fuere, habeo: nec veteris Græcæ lingvę perin, modernam vulgarem intelligunt. CAP.

Bellon obs. l. 2. c. 3.

Burdevitz in Epist ad Christ. de statu Eccl. p. 47. Conf Turcogræcia p. 127. & 415

CAP. III.

De amplitudine linguæ Romanæ tempore Romani Imperii.

ORdinarii *Romani Imperii limites fuêre*, ab Oriente Euphrates & aliquando Tigris; à Septentrione, Rhenus, Danubius, & Pontus Euxinus; ab Occidente, Oceanus; à Meridie, Cataractæ Nili, in extremis Ægypti terminis, & in Africa mons Atlas, qui ab Occidente & littoribus Oceani e regione insularum Canariarum, ad Ægyptum ferè usque versus Orientem decurrit, paucis in locis spacio plurium quam ducentorum milliarium à mari Mediterraneo remotus. Hi sunt, inquam, *Ordinarii Romani Imperii limites*. Transiere quidem eos aliquando Romani; inprimis versus Ortum & Septentrionem: non diu tamen illis quæ acquisiverant, retinere licuit: intra istos, quos de-

deſcripſimus, fixum erat imperium. In noſtra Britannia finis ejusdem Pictorum vallum, quod à Tina ad mare Orientale, inchoato curſu præter Novum Caſtrum & Carleolum, ad fretum ſeu æſtuarium Itunæ quod in Occidente, decurrebat; inchoatum ab Adriano, finitum & reparatum à Septimio Severo. *Ad tantam magnitudinem a leviſſimis initiis devenerat Roma.* Et leviſſima certè fuêre, ſi cum immenſo imperio, quod poſt obtinuit, comparaveris Ambitus namque totius illius urbis, quam Romulus in monte Palatino exſtruxerat, vix milliare exæquabat. Non major enim ipſius montis circuitus, ut ab Andrea Fulvio, Cive & Antiquario Romano obſervatum eſt. Pomærium verò urbis, quod ſe ultra vallum aliquantulum porrigebat, pedi montis à Romulo incluſum, author eſt Gellius. Territorium etiam & libertates

Spartian. in Septimio Severo & Adriano.

Fulv. Rom. Antiq. l. 2. c. 3.

Gell. Noct. Attic. l. 13. c. 14.

tes urbis Romæ, vix ad ſex milliaria ab urbe, quod fide Strabonis dico, extendebantur. Primorum deniq; incolarum numerum, intra ter mille trecentos ſteriſſe, à Dionyſio Halicarnaſſeo proditum eſt. At *ſucceſſu temporis*, forsunâ rebus Romanis favente, *in tantam Roma ſurrexit magnitudinem*, ut Aureliani tempore, Vopiſco teſte, quinquaginta milliaria in circuitu habuerit: imperium nonniſi tribus millibus milliarium in longitudine, mille ducentis in latitudine circumſcriberetur: & numerus civium, tempore Marii, longè antequam exteræ regiones & urbes civitate Romana donari cæpiſſent, ad 436000. Euſebio teſte, aſcenderet. Quod ſi mulieres, liberos & ſervos in hunc cenſum vocarem, parum à tribus vel quatuor millionibus, ut Lipſius computavit, abeſſet. Ultra hos itaque Romani Imperii terminos, ut nec in Regis no-

Strabo Geogr. l. 1.

Dionyſ. Halicarn. Antiquit. Rom. l. 1.

Vopiſcus in Aureliano

Euſeb in Chron. ad Olympiad. 274.

Lipſius de magnitud. Romæ l. 3. c. 3.

noſtri dominis, Anglia, nempe, Scotia, Hibernia & Northumbria, utpote non ſubjectis, non potuit in communi uſu fuiſſe lingva Latina: *intra illas vero, ob duas cauſas viguiſſe neceſſe eſt. Prima* in multitudinem colonarum conjicienda, quæ in provincias Imperio ſubjectas deductæ ſunt, partim ut rebellio præcaveretur; partim ut victorum invaſionibus reſiſteretur; partim ut præmiis afficerentur milites; partim ut repletæ nimis civitates exonerarẽtur, & pauperioribus ſubveniretur *Altera* jus civitatis Romanę, multis in ſubactis provinciis tã civitatibus quã regionibus conceſſũ. Tempore primo Syllæ & Marii, compoſito bello Italico, obtinuit hanc libertatem, teſte Appiano, Italia, Rubicone & Arno fluviis inclusa. Data eadem reliquæ Italiæ, quæ tum Gallia Ciſalpina dicebatur, à Julio Cæſare, ut Dio retulit. Non longè poſt, cæperunt eâ & aliæ extra

Appian. l. 1. Civilis belli.

Dio Hiſtor. Rom. l. 42.

extra Italiam regiones gaudere. Gallia quippe ſub Galba referente Tacito jus civitatis obtinuit; Hiſpania ſub Veſpaſiano, ut prodidit Plinius; omnes provinciæ Romanis Imperatoribus ſubjectæ, ſub Antonio Pio, ut Ulpianus in Digeſtis teſtatur. Nec quisquam fortè erat, qui ſe decenter tanta libertate frui poſſe, absque Romanæ lingvæ cognitione, putaret. Et hæc quidem Romanam lingvam extendere poterant. Erant tamen & alia non minoris momenti, quæ ejus extenſionem promovere poterant. Legationes, ſupplicationes & appellationes tam exterorum quam provincialium, lingvâ Latinâ in ſenatu Romano peragebantur. Omnes leges quibus provinciæ regebantur, eâdem ſcriptæ erant. Prætores qui in provincus, non aliâ lingvâ decreta dabant: & legimus in Caſſio, remotum, quod lingvæ Latinæ ignarus eſſet,

Tacit. Hiſtor. l. 1.

Plin. l. 3. c. 3.

Digeſt l. 1. tit. de ſtatu hominum leg. in orbe Romano.

Digeſt l. 42. tit. de re judicata leg. Decret.

Dio Caſſ. l. 57.

eſſet, à Claudio judicem: & in Va- *Val. Max.*
lerio Maximo extat, non admiſſos *l. 2. c. 2.*
in conſeſſum à Magiſtratu Roma-
no Græcos, niſi Latinè loquerен-
tur. In ſcholis, quæ in quibusdam
rovinciarum civitatibus erectæ
rant, ut in Tacito & Hieronymo *Tacit. An-*
abemus, ſola Romana lingva in *nal. l. 3.*
ſu. Auguſtinus deniq; in libris de *Hieronym.*
ivitate Dei teſtis eſt, dediſſe, ſal- *in Epiſt. ad*
m poſt & Monarchiâ erectâ, ope- *Ruſtic. l. 1.*
um Romanos, ut cum dominij pro- *Auguſt. de*
agatione, Romana quoque lingva *Civit. Dei*
opagaretur. Poſtea inquam. Nam *l. 19. c. 7.*
ntum abeſt ut antiquitus in dila-
ta occupati fuerint: ut etiam Li-
us ſcribat ex ſingulari favore con- *Liv. Hiſt.*
ſſum rogantibus Cumanis, cen- *Rom. l. 40.*
n quadraginta ante Imperatores
ris, & tum, cum jam Romanus
ſtus, totam Italiam, Siciliam,
diniam, & bonam partem Hi-
niæ occupaſſet, ut publicè Ro-
nâ lingvâ uterentur. *Non ubiq;*

tamen

tamen pars excepta est lingua Latina gratia: maximam versus Septentrionales, Occidentales & Australes limites invenit. Notam fuisse in universa Pannonia, Vellejus Paterculus author est; fuisse in Gallia & Hispania in usu, Strabo; in Africa Apulejus; & apparet ex Cypriani & Augustini qui adhuc extant sermonibus, Latina lingvâ eos habitos. In Orientalibus Imperii partibus Græcia nempe, Asiâ & Africa, à majore Syrti Orientem versus, in communi usu fuisse, nullibi apud authores invenio: forte, *quodam illis partibus frequentior fuerit, in quas plures & majores deducta colonia.* Et sanè observavi in historiis & antiquarum inscriptionum Catalogis, in solam Italiam diversis temporibus, centum & quinquaginta deductas colonias; in Africam ferè sexaginta; in Hispaniam viginti novem; in Franciam, in quantum usq; ad Rhenum

Vellej. l. 2.

Strabo l. 3. & 4.

Apul. in Florid.

num porrigitur, viginti ſex: in Illyricum & alias Septentrionales inter Adriaticum ſinum & Danubium partes, haud paucas. Imò munus communem in quibus pauciores coloniæ, fuiſſe, videre eſt. In Britannia noſtra quatuor occurrunt, Eboracum, Debuna, Iſca & Camalodunum. (Londinum nullam fuiſſe, quod Onuphrius vult, vel ex allegato abeo Taciti loco colligi poteſt) ideò pauciſſima in Britannica lingva, quæ nunc Wallia utitur, latinæ reliquæ. In Africa ultra majorem Syrtim nullam Romanam coloniam invenio. Onuphrius, qui Indicia Cyrenenſium unam fuiſſe vult, mendoſo Digeſtorum exemplari, ſeductus eſt. In correctioribus habetur, *Zernenſium*, & pro Indicia, in Dacia, (Zerne civitas ibidem) obſervante Pancirolla. In Ægyptum duæ tantum deductæ ſunt: & ut me tribus verbis expediam,

Onuphr. in Imp. Rom. Tacit. Annal. l. 14

Digeſt l. 50 tit de Cenſibus lege ſecundum Panciroll. in Comm. Notit. Imp. Oriental

Syriâ exceptâ, cui viginti, & quidem posterioribus temporibus inprimis à Septimio Severo, & filio ejus Bassiano, præsidio contra Parthos immissæ (communem tamen ibidem usum latina lingva non obtinuit) reliquæ omnes provinciæ pauciſſimas, proportione regionum observatâ, habuêre. Paucitati coloniarum quæ obstitit, quo minus Latina lingva in Oriente diffundi potuerit, accessit, (taceo etiam propriarum lingvarum amorē) ingens Græcę linguę æstimiū, tum propter studia (*Græca leguntur omnibus fere gentibus; Latina suis finibus, exiguis sanè continentur*, verba sunt Ciceronis) tum propter mercaturam, quibus Græci præ aliis nationibus addictiſſimi erant. Omitto, lingvę excellentiam, quoad sonum & copiā; eamque in illis partibus Romanæ semper prædominatam. Hinc factum, ut omnes illarum regionum

Cicero Orat pro Archia Poeta

Eru-

Eruditi, qui ſub Romani Imperii vigore, florebant, ut *Philo, Joſephus, Ignatius, Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Euſebius, Athanaſius, Baſilius, Gregorius & Nyſſenus & Nazianzenus, Cyrillus Alexandrinus & Hieroſolymitanus, Epiphanius, Synaſius, Ptolomæus, Strabo, Porphyrius* & alii Græcè ſcripſerint: ita ut auſim dicere, nullum in Aſia vel Africa ultra Syrtim vixiſſe, qui Latinâ lingva aliquid ſcripſiſſet. Quin in tertio Concilio Oecumenico, quod Epheſi celebratum eſt, *Concil. Epheſ. ſ. 2. c. 13.* neceſſe erat literas Romani Pontificis in Græcam lingvam transferre, ut ab omnibus Epiſcopis intelligi poſſent.

CAPUT IV.

Linguam Romanam non abolevisse vulgares linguas exterarum provinciarum in Romano imperio.

DE Romanæ lingvæ in Occidente & aliis partibus amplitudine, & in Orientalibus angustia satis dictum: videndum jam, an eousque in eis prævaluerit, ut abolevertit vulgarem, seseq; reddiderit nativam, quod de Punica lingva asserit Galateus; de Gallica & Hispanica cum quibusdam aliis Vives. Observatum verò est, quatuordecim hodie adhuc esse maternas seu magistras præter Latinam in Europa lingvas; quæ nec abolitæ, nec aliquam à Romana alterationem passæ sunt. 1. *Hibernicam* nempe in Hibernia, & aliqua parte Scotiæ. 2. *Britannicam* in Vallia, Cornvallia, & Britannia Armorica. 3. *Arabicam*, in mon-

Galateus de situ Lapigiæ p. 98. Vives l. 3. de tradend. discipl. & ad August. de C. D. l. 19. c. 7.

Merula in Cosmogr. l. 2. c. 8.

montibus Granatæ Alpuxarras dictus. 4 *Cantabricam* propè Oceanum circa Pyrenæos montes, in in Gallia & Hiſpania. 5 *Fennicam*, in Finlandia & Laplandia. 6. *Germanicam* in Germania, Belgio, Dania, Svecia, & Norvegia 7 *Cauchorum* quâ utuntur Frisii Orientales Germanice quidem advenas alloquuntur, ſed ſeorſim invicem peculiari lingvâ conferunt. 8. *Sclavonicam*, in Polonia, Bohemia, Moſcovia, Ruſſia, & aliis regionibus, intercedente tamen notabili in dialecto differentia, quod & de Britannica ac Germanica ſumendum eſt. 9. *Illyricam*, in inſula Veggia, parte Orientali Iſtriæ, & hodie etiam in Liburnia. 10 *Græcam* in Græcia & inſulis circa eam; nec non parte Macedoniæ & Thraciæ 11 *Epiroticam* veterem in montibus Epiri. 12. *Hungaricam* in maxima illius regni parte. 13. *Jazygum* in Septen-

Scalig in Diatribe de lingu. Europæ

Ortel in tab. Friſiæ Oriental.

Scalig Le

Varium in descript Hungaria

trionalibus Hungariæ inter Danubium & Tibiſcum partibus, quæ in totũ ab Hũgarica lingva diverſa eſt, *14. Tartarorum Precopenſium*, inter Tanaim & Boryſthenem, propè Mæotim paludem & Pontum Euxinum. De *Anglica, Italica, Hiſpanica & Gallica* taceo, quia de maternis duntaxat ago: hæ verò ab aliis derivantur vel degenerant potius; prima à Germanica, tres poſteriores à Latina. Et de quatuordecem quidem illis, nullum dubium, Arabicam ſi exceperis, quæ ab eo tempore irrepſit; & fortè Hungaricam; de quibus inter Antiquarios diſſenſus, utrum tempore Romani Imperii in Europa fuerint; & ſint vel ſeptem intra ejusdem limites. Et certè, quam durum & arduum ſit vulgarem lingvam in populoſa regione in qua indigenæ advenas numero multum ſuperant, totaliter abolere; vel Normannus Conqueſtor, exemplo

emplo esse potest. Coegerat hic quidem Anglos, ut juventus in scholis solam Gallicam lingvam doceretur; leges etiam Gallica lingva conscribi, & causas in foro nonnisi eâ agi jussit, qvod ab Edvardo III. abrogatum est: non plus tamen profecit, quam Franci in Gallia; Gothi in Italia & Hispania. Pauca duntaxat irrepsêre vocabula. Tum demum mutatur lingva, quando veteres incolæ, vel sedibus suis exuuntur, quod Britannis à Saxonibus accidit: vel planè exscinduntur, ut vel sint advenis inferiores numero, vel superiores paulum. Sed cum certas regiones nominaverimus, in quibus Romanam lingvam prævaluisse supposuimus, ad illas etiam nostrum discursum restringemus. *Punicam itaq; & Gallicam lingvam tempore Alexandri Severi*, qui ducentesimo trigesimo post Christum anno floruit, *adhuc vigvisse*, ex Ulpian qui

Digest. I. 32. lege fideicommissa

qui apud eum ſummæ authoritatis apparet. Docet enim *fidei commiſſa* poſſe non tantum lingvâ Latina & Græcâ, ſed & Punica & Gallica, & alia vulgari relinqui. Nondum ergò eo tempore Romana lingva illas abſorpſerat, ut ipſa vulgaris evaderet. Agamus de illis ſpecialius. Et *lingvam* quidem *Punicam* quod attinet, *Septimium Severum Latinis literis ſufficienter inſtructum, ſed Punicâ eloquentiâ promptiorem, utpote genitum apud Leptin provinciam Africæ*, Aureſius Victor author eſt. Sororem verò ejus, quæ Lepti (ea nunc Tripolis Barbariæ) adeò malè Latine locutam, ut Imperatorem puduerit, apud Spartianum legimus. At Leptis Romana colonia erat. Miraſſe Afros ſuo tempore aliquantulum lingvam Punicam, Hieronymus ſcribit. Auguſtinus verò Hieronymo junior etſi coætaneus, non tantum tradit, noſſe ſe natio-

Aurel. Victor in Epit. Septimii Severi.

Spartian. in Severo.

Augustin. inter Hieronym. in Præfat. Lib. comm. Epiſt. ad Galatas.

nes

nes in Africa quasdam, quæ Punicâ lingva loquerentur: sed etiam, dum cujusdam Punici proverbii meminit, prolaturum se id Latinè addit, quòd non omnes sui auditores (Hipponem erat, quæ Romanorum colonia) Punicam intelligant. Alia loca ejusdem taceo, quæ huic confirmandis adduci possent. Leo denique Africanus, qui præterito seculo vixit, fuisse haud paucos suo tempore in Barbaria, qui vetere Africanâ lingvâ uterentur, reliquit. Nunquam ergò per Romanos abolita erat. Sed *nec vetus Gallica lingva tempore Strabonis, Taciti vel Alexandri Severi inter deperditas numerari potuit.* Strabo, qui sub imperio Tiberii Cæsaris vixit, Aquitanos lingvâ ab aliis Gallis, & aliquantulum inter se diserepasse notat. Tacitus Gallicam suo tempore non multum à Britannica abivisse. De Alexandro Severo scribit Lampridius, oc-

Augustin. de C. D. l. 16. c. 6. & sermone 25. de verbis Apostol.

Leo Africanus l. 2. c. de lingv. Africanis.

Strabo Geogr. l. 4.

Tacit. in vita Agricolæ. Lamprid. in Alexandro.

clamatum transeunti per Galliam contra Germanos, Druidarum linguâ, à muliere quadam, (quorsum ista obſervatio, ſi Gallica tum Romana) *Perge, ſed nec victoriam expecta, nec militibus tuis fide.* Nec eſt quod Strabo in contrarium allegetur. Nec enim de totâ Gallia, ſed de provincia duntaxat Narbonenſi circa Rhodanum loquitur. Prima hæc quæ ex ſeptendecim Gallicis in provinciam redacta erat: ipſa Narbona emporium celebre, erat prima colonia, poſt Carthaginem, quam Romani ex Italia dedixere. Plinius etiam meminit, plures in ea provincia urbes, libertate & jure Latinorum gaviſas. Nec dicit Strabo, Romanam linguam vulgarem in illis partibus fuiſſe, ſed plerosq; eâ locutos. *Idem de Hiſpanica linguâ dicendum* ut & Vives vernaculam illi fuiſſe Latinam ſcribat; & quidam venditent, tam puram in Hiſpania man-

Strabo Geogr. l. 4.

Velly Paterc. l. 1.

Plin H N. l. 3. c. 4.

Vives annot. ad Aug. de C. D. l. 19. c. 7.

manſuram fuiſſe ad hunc diem, quam Romæ tempore Tullii fuit: niſi a barbaris fuiſſet corrupta. Nam ut taceam, quod apud Strabonem extat, diverſas fuiſſe in quibusdam Hiſpaniæ partibus lingvas: magisq; vicinam Hiſpanicæ Aquitanam, quam aliorum Gallorum: communis eſt Hiſtoricorum & Antiquariorum Hiſpanorum opinio, Cantabricam lingvam, cujus hucuſque in Septentrionalibus illius regni partibus uſus, quæq; nullas ex Romana habet reliquias, aut antiquam illam Hiſpanorum lingvam fuiſſe, aut ex antiquis unam. Nec ſcribit indefinitè Strabo, uſos lingva Romana Hiſpanos: ſed limitatè; carere Boërim nempe. Et in promptu apud Plinium cauſa. Octo in Boetica Romanorum fuiſſe colonias, octo municipales civitates; & viginti novem, quæ jure & libertate Latinorum gaudebant. Ut tandem & de

Merito Sigonius de reb. Hiſp. l. 5 c. 4. Strabo Geogr. Lib.

Mariana de rebus Hiſpaniæ l. 1 c. 5.

Strabo Geogr. Lib.

Plin. H. N. l. 3. c. 1.

Pannonica lingva (continet Pannonia Hungariam, Auſtriam, Styriam & Carinthiam) agamus *certum eſt, ne hanc a Romana extinctam.* Nec enim Paterculus, qui ſolus in hoc puncto allegatur, dicit, in vernaculam apud incolas abiviſſe; & quomodo potuit, ſubacta recens a Tiberio Cæſare Pannonia? ſed tantùm Sparſam, tempore Auguſti, operâ Tiberii, Romanæ lingvæ per Pannoniam notitiam. Tacitus verò, Oſios vel exinde non eſſe Germanos colligit, quod Pannonicè loquantur; cujus lingvæ in Pannoniâ uſus eſſet. Et hæc quidem evincunt, Romanam lingvam in illis provinciis vernaculam non fuiſſe. Jam oſtendam, *nec generalem nec perfectum ejus fuiſſe in ulla regione Romano imperio ſubjecta, uſum. Non generalem.* Nec enim concipi poteſt, quomodo tam magnæ regiones, duabus lingvis, nativâ & Romanâ

Velej. Paterc. l. 2.

Tacit. de morib. Germaner.

manâ uti possint. Nulla extat lex, quæ aut Romana lingvâ uti jubeat, aut prohibeat suâ. Necessitas ejus facilè imponi poterat mercatoribus propter commercia; advocatis propter legum per regiones sparsarum notitiam; studiosis propter studia & eruditionem; militibus, propter conversationem cum legionibus Romanis & Latinis; peregrinantibus, nobilibus, in officio constitutis, & hisce similibus: sed in impom potuisse locis solitarius, oppidis, pagis & alus, impossibile ferè est. Exempli loco nobis sint hodiernæ Græciæ partes, quæ vel Turcico vel Veneto imperio parent. Præcipuorum emporiorum sub Turca incolæ propter mercaturam & Græcâ & Turcicâ lingva loquuntur: sub Venetis, Græcâ & Italicâ: oppida & pagos qui incolunt, solâ Græcâ utuntur. Par Sardorum ratio. In præcipuis urbibus, propter impe-

Bellon observ. l. 2. c. 4.

Gesner in Mithridate

Rosca in dialect. lingu. Sardica.

imperium & commercium Hispanicum, Hispanicæ quoque linguæ usus est : in minoribus, Sardicæ. Idem in Walliâ & Hibernia videmus. *Multo vero minus perfectus ejus usus esse potuit.* Impossibile ferè est, ut exteræ nationes, vulgus inprimis & rudiores, ad rectam ejus pronunciationem pertingant, cum in vernacula fæpè errare soleant. Ideò fortè Chaldæa, in Syriacam inter Judæos degeneravit : quamvis per septuaginta annos cum Chaldæis conversati fuerint. Adde, quotidianâ experientiâ nos doceri, difficiliter nimis eâdem juventutem in scholis rectâ Latinæ linguæ pronunciatione imbui. Et ut tandem concludamus, vel ex Augustino apparet, in ipsis Romanis in Africa coloniis, imperfectam hujus linguæ pronunciationem fuisse. Dicebant enim *essum* pro *es*, *fuisset* pro *fuerit*, *dolus* pro *dolor*, & cætera. Ideò fatetur,

Augustin. in enarrat. Psal. 124. & 138. de doctr. Christ. c. 13. in Johann. tr. 7.

tur, se coactum sæpè, ut intelligi posset, minus latinis vocabulis uti.

CAPUT V.

De lingua Italica, Gallica & Hispanica origine.

QVI nationes Romano Imperio subjectas Latinâ tanquam vernaculâ usas supponunt, opinantur etiam, barbarorum septentrionalium cum veteribus incolis mixturam, in causa esse, quod accommodantibus se invicem indigenis & advenis ut mutuò se intelligerent, ex corruptis Latinæ, & barbarorum lingvis, facta quasi mistura, istæ quibus jam utuntur exortæ sint. Hæc si vera opinio, lingvam Italicam circa ann. 480. post Christum cœpisse necesse est. Circa id tempus enim, barbari ducta *Odoacri* ingressi, eam inhabitare cœperunt. Vastavére quidem eam, Anno 414. Christi, sub-

ſub conductu Alarici Gothi : ſub Attila, Anno 450. Hunni, Gothi, Heruli, Gepidæ & alii Septentrionales populi ſub Genſerico, qui ex Africa trajecit Anno 456. Vandali, ut alias barbarorum irruptiones, quæ non ſucceſsêre taceam ; multi tamen horum Italiam occupavêre, donec *Heruli* ſub Odoacro ingreſſi, eam ſubderent & per viginti ferè annos poſſiderent In Regem enim ab ipſis Romanis proclamatus, regnum per ſedecem annos tenuit, ſedes figente populo. His à Theodorico Gothorum Rege, in quem Zeno Imperator Regis Italiæ titulum contulerat, poſtquam Odoacrum circa Annum Chriſti 500. viciſſet, in Pedemontium & vicina Turino loca rejectis, ſucceſſere *Gothi*, & ſpacio ſexaginta annorum in unum cum Italis coaluerunt populum. Nec multum obſtitit Narſetis ſub Juſtiniano expeditio, quâ

Gothi

Gothi Italiâ ſunt pulſi: plures enim manſere, fuſâ in magnam multitudinem eorundem poſteritate. Excepere & iſtos *Longobardi*, qui Italiam circa 570. Chriſti annum ingreſſi, per ducentos fere univerſam ſub viginti Regibus poſſederunt; donec regno eorum à Pipino Franciæ Rege attrito, à Carolo intra iſtas partes, quæ Lombardiæ nomine hodie veniunt redacto, Deſiderius, Rex captivus in Franciam deduceretur. Repertuntur equidem nonnulli ex Italis antiquarius, qui ſub iſtorum tam diuturno dominio, Latinâ lingvâ degenerante, Italicam cæpiſſe opinantur: verùm ego *altius repetendam ejus originem puto*. Extat, teſtibus viris fide dignis Pariſiis in Bibliotheca Regia inſtrumentum Italicâ lingvâ, quod ante Juſtiniani primi tempora, longè ante Longobardorum in Italiam adventum ſcriptum eſt. Legimus & in Pauli

Blond Ital. Illuſt in Marchia Tarviſina.

Tuto de la Nobiltà di Verona l. 1. c. 2.

Leſſ de prononciatione lingua Lat. c. 3.

Merul p. 1. Coſm. l. 4 c. 18.

Paul. Diac. Miscell. l. 17

Pauli Diaconi miscellanea historia, Mauritio imperante, circa annum 590. quo tempore quidem jam Galliam Cisalpinam vastarant Longobardi, sed Romanâ in Italia ditione intactâ, cum quidam Romanus miles, conspecto jumenti lapsu, quo onus simul everſum erat, commilitoni suo acclamasset, *Torna Torna*; totum simul exercitum, qui tum in tenebris progrediebatur, *Torna Torna* inclamare cæpisse, inque fugam se conjecisse. At hoc vocabulum merè Italicum est. Quantum ad *Gallicam linguam*, si hæc hypothesis vera, *necesse est, illam paulo ante cæpisse*; Valentiniani nempe tertii temporibus, cùm totus quasi Occidens ab Imperio defeciſſet; & cum reliquus Anglia nostra, a Romanis bellis vicinioribus distractis deserta, & mox circa annum 450 à Saxonibus occupata; cùm jam Galliam Franci versus Rhenum, Burgundiones

dionés in mediterraneis quietè poſſiderent. Fateor equidem invaſiſſe eam ante Vandalos, Svevos, Alanos, quos Gothi excepêre, & pulſis in Hiſpaniam illis anno Chriſti 410. Aquitaniam ab Honorio acceperunt non fuerunt tamen & iſti ita Galliis perpiſti, ut poſtea Francis & Burgundionibus per univerſam regionem diſperſis factum. *Hiſpanicam* quod ſpectat, *antiquiſſimæ hæc, ſtante hypotheſi, eſſe debebat.* Vandali enim & Alani, Galliâ circa annum 410. pulſi, cœperunt & invadere & inhabitare Hiſpaniam, donec Gothi à Francis & Burgundionibus è Gallia in Hiſpaniam ejecti, eosdem in Africam pellerent, cumque illis omnia Romanorum præſidia, ita ut pacatæ eorum poſſeſſioni regio cederet; à quibus etiam moderni Reges Hiſpaniæ deſcendunt. Sed & hi poſt trecentos circiter annos Saracenis cedere, & in montanas Hiſpa-

ſpaniæ partes, Aſturiam, Biſcajam & Guipuſcoam ſecedere coacti ſunt; nec potuit citius recuperari plenè regnum, quam ſub Ferdinando, poſt ſeptingentos & ſeptuagintà ab ingreſſu Saracenorum annos. Inde etiam colligi poteſt, ſi hypotheſi innitimur, circa quod tempus Romana lingva in Africa degenerare cœperit: nempe, circa 430. annum. Tum enim Vandali & Alani, partim Gothico in Hiſpania bello feſſi, partim à Bonifacio Africæ præfecto invitati, ingreſſi ſunt, ſub conductu Genſerici, Africam; ejusq; primùm partem donante Valentiniano quietè tenuere: mox deficiente fere univerſo Occidente, Valentiniano adhuc vivente, cœperunt Carthaginem, & cum illa totam circumjacentem regionem. Recuperavit quidem Africæ dominum, elapſis centum annis, Juſtiniano imperante, Beliſarius; amiſ-

ſum

ſunt tamen id iterum ſub Leontio, circa 700. poſt Chriſtum annum; occupatumque à Saracenis Arabibus, qui & lingvam & religionem toti illi ab Ægypto ad fretum Herculeum tractui, per ducenta miliaria ſe extendenti, induxerunt. Ejusdem Valentiniani III. tempore, in Septentrionalibus ad Danubium Imperii limitibus, Bulgaria, Servia, Boſnia, Hungaria, Auſtria, Carinthia, Bavaria, Svevia, cum parte Thraciæ ſpoliatæ & ab Hunnis, qui ſedes in inferiore Pannonia fixerunt, occupatæ ſunt. Duo ergo hîc obſervanda occurrunt. *Primum.* Vagas illas nationes, poſt multas migrationes, certas tandem ſedes poſuiſſe, Hunnos in Pannonia, Vandalos in Africa; Oſtrogothos, (ſunt illi qui ad Orientem) & Longobardos in Italia; Weſtrogothos ſeu Occidentales, in Aquitania & Hiſpania: obſcuriores nationes par-

partim bello extinctas, partim in nomen famosiorum cessisse. *Secundum* est, Maximam Imperii Romani dissolutionem tempore Valentiniani circa annum 450. accidisse; prout in Oriente sub Heraclio circa annum 640. contigit; eumque ea Latinam lingvam si alicubi vulgatissuit, degenerasse. Verum enim verò dum me ipsum excutio, & omnia quæ huc faciunt expendo, videntur mihi istæ lingvæ, non tàm ex corruptione lingvæ Latinæ per barbarorum inundationem, quàm primâ illaq; imperfecta impressione, ortum sumn traxisse; quam barbarorum mixtura & coalitio multum juvit: ita ut mihi visus sim, tres corruptionis Romanæ lingvæ gradus observasse. *Primum* in ipsa Roma pono, in qua sub ultimis Reipublicæ temporibus, & Cæsarum imperio, ingens illa & numerum civium longè excedens servorum multitudo,

nec

nec non innumerabilis extraneorum numerus, multis barbarismis & solecismis, observante Isidoro, eam fœdavit: adeò ut Tertullianus, qui sub Septimio Severo vixit, quo tempore nulli adhuc Barbari Italiam attigerant, renunciasse lingvæ Patrum suorum Romanos, conquerutur. *Secundus* in imperfectam, de qua jam egi, impressionem in extraneis provinciis conjici potest. Namsi ipse Cicero fatetur, multos ex Romanis in pronunciatione vernaculæ lingvæ lapsos: quid de extraneis, Gallis imprimis & Hispanis sentiendum est. *Tertium* mixturæ barbarorum populorum adscribo, per quam factum, ut non satis exactè deprompta Romana lingva, magis & magis degeneraret & corrumperetur: ita ut omnino existimem, non ortum degenerationis, sed incrementum ei imputari debere. Et certè consentiunt in eo

Isidor. Orig. lib. 1. c. 29. Tertull.

Cicero de Orator. l. 3.

omnes

omnes fere eruditi, Gothorum, Vandalorum, Francorum, Longobardorum, & Burgundiorum linguam Germanicam fuisse, cui nulla aut exigua cum Italica, Gallica & Hispanica affinitas. Nec quisquam est authorum qui luctuosas illas in partibus Imperii Occidentalibus mutationes accuratè describunt, qui vel minimam mentionem mutationis linguarum faceret. Abivisse alias sed non integras in Romanam, occurret apud quosdam, sed Romanam in illas prout jam sunt, non item. Novissimi Antiquarii hanc movêre quæstionem, quam etiam in hanc partem, sed sine solidâ ratione definiunt.

Iren Exeg. Germ. l. 1 c. 31. Lazius l. 10 de migr. gentium Goropius Origin. Antuerp. l. 7 Gesner. in Mithrid. Rhenan. l. 2 verum Germanicarum.

CAP.

CAPUT VI.

Objectiones quædam circa ampli-tudinem Romanæ linguæ & originem jam dictarum, earumque ſolutio.

SAtis, ni fallor, evidenter demonſtravi, nunquam Latinam linguam vernaculam linguam Romanorum provinciis fuiſſe, nec barbaros corruptæ vel illarum quæ nunc ſunt cauſas. Solvam jam aliquot quæ occurrunt difficultates, ut magis probabilis opinio mea evadat. Quatuor autem invenio. Nam 1. Plutarchus in Platonicis quæſtionibus omnes ferè ſuo tempore Latinè locutos ſcribit. 2. Strabo idem de Gallis & Hiſpanis tradit; Apuleius de Afris, quod & ex aliquot Auguſtini & Cypriani locis apparet, quorum uterque videtur ſermones Latinè ad populum habuiſſe. 3 Si linguæ hæ ex adulteratione Latinæ or-

Plutarch. quæſt. Platon. qu. 9.

Strabo lib. 4. & 4 Apuleius in Florido.

tæ, tam antiquæ sunt, cur nulla earum apud autores mentio? 4. Quomodo Romæ & in Latio Latina lingva, vernacula ita degenerare, ut nunc videmus potuit, si ab extraneis corrupta non est? Ad *primum* dubium respondeo, non videri Plutarchum de singulis generum, sed de generibus singulorum sumendum: Usus ejus apud plærasque nationes erat, sed non apud omnes, alicujus nationis: aut dicendum, locutos quidem Latinè, sed imperfectè. Ad *secundum*. 1. Strabonem de Narbonensi duntaxat Gallia & Bætico in Hispania tractu loqui. 2. Locutos, sed imperfectè, colonis exceptis. Materia verborum Latina maximam partem erat; sed forma & sonus à verâ deflectebat pronunciatione. Vocabatur nihilominus Latina, partim propter rationem jam allatam; partim quia à Romanis seu Latinis didicerant. Hispani vocant

sant modernam suam lingvam (Romance) Romanam: quamvis multum ab ea absit. Nithardo nepoti Caroli M. in Historia de dissensionibus filiorum Ludovici Pii, lingva Gallis tum vernacula, Romana dicitur: etsi non magis ea affinis fuerit, quàm moderna esse potest. 3. Hippo, cujus Episcopum Augustinus egit, & Carthago, cujus Cyprianus Archi-Episcopum, Romanæ Coloniæ erant, maximam partem ex Romanis constantes. Sed nec in Colonis in totum integram fuisse exemplo Sororis Spartiani & Augustini dicto, superius comprobatum est: cuíq; corruptela in Scripturis & Psalmis in Ecclesia usualibus locum invenisse videtur. Ad *tertium*, duas posse assignari rationes, nempe, Viros eruditos malle lingvâ erudita & grammaticâ, quàm vulgari & provinciali Latinâ agere, indoctorum scripta ad nostra non

Nithard. de dissens. filior. Ludov. Pii l. 3.

Anton. de Lirar. Plin. junior. l. 8. ad Canin. Plin. l. 31. c. 1. c. 4.

Augustin. Enarrat. Psal. 138. l. 2. de doct. Christiana c. 13.

potuisse pervenire: siquidem eruditorum multa periêre volumina. Tschudas de Germanica, Genobrardus de Gallica scribunt, vix 400 annos elapsos, ex quo his linguis libri scribi cœperunt: attamen longè antiquiores esse, nullum dubium est. Ad *quartum*. Nullam esse lingvam, quæ non mutationibus sit obnoxia. Si nullæ abundè occasiones ipsi homines veterum verborum & rerum pertæsi, eas possunt inducere: quod de Latina ipsa, de qua res est, observatum est. Quintilianus scribit, versus Saliorum, qui à Numa compositi putantur, nec ab ipsis quidem Sacerdotibus, circa extrema Reipublicæ tempora intelligi potuisse. Festus in libro de verborum significationibus (vixit tempore Augusti) observavit, Latinam lingvam, quæ a Latio nomen habet, tum ita mutatam, ut vix aliqua ipsius cognitio remaneret. Leges Regum

Tschud. Reserpt Alpina c 56. Genebr. Chron l. 4. sæpe init.

Quintil. Instit. Orat l. 1. c. 6

Festus de Latina lingua loquitur

&c

& Decemvirorum, quæ XII. *Tabularum* vocantur, a Fulvio Urſino proprijs verbis editæ, evidenti ſunt teſtimonio, inſignis alterationis, ſi cum modernâ conferantur. Polybius etiam teſtatur, articulos fœderis inter Romanos & Carthaginenſes, qui poſt pulſos Româ Reges erecti erant, ſuo tempore, i. e. poſt trecentos quinquaginta annos, vix à quoquam Romanorum antiquariorum propter obſoleta vocabula intelligi potuiſſe. Denique, extat hodie etiam quod à fide dignis proditum in Capitolio Romano *Columna roſtrata* dicta, per injuriam temporum multum deformata, memoriæ Duilii Conſulis, qui navalem victoriam primo Punico bello contra Carthaginenſes reportavit, vix centum viginti ante Ciceronem annis, ſub quo in flore ſuæ elegantiæ Romana lingva erat, dicata, in qua verba quæ legi poſſunt, cum

Fulv. Urſin. notæ ad Anton. Aug. de Legibus & Senatus conſ.

modernis comparata sunt ista. *Exemet* pro Exemit, *Lecsones* pro Legiones, *Macistratos* pro Magistratus, *Castreis* pro Castris, *Exfocient* pro Effugiunt, *Pucnandad* pro pugnando, *Cepet* pro Cepit, *Enq,* pro Inq,, *Navebos* pro Navibus, *Marid* pro Mari, *Consol* pro Consul, *Primos* pro Primus, *Ornavet* pro Ornavit, *Navebous* pro Navibus, *Classeis* pro Classes, *Punicas* pro Punicas, *Cartacomensis* pro Carthaginiensis, *Dictatored* pro Dictatore, *Altod* pro Alto, *Trireſmos* pro Triremes, *Numes* pro Nummi, *Nauald* pro Navali, *Pradad* pro Præda, *Poplo* pro Populo, &c. Videse, pro g, e, pro i, o, pro u, & sæpe c, & d, vocabulis addita. Sed quid de peregrinis lingvis agimus? Nostra hæc evidenti exemplo esse potest. Ea à diebus Gvilhelmi Conquestoris in tantum mutata est, ut in illis scriptis, quæ sub Henrico I. occurrunt,

vix

vix pauca verba intelligam. Vide & Holinſcheadi Chronicon, in quo circa ultima Conqueſtoris tempora, Diploma Londinenſibus datum invenies

CAPUT VII.

De veteribus linguis; Italica, Hiſpanica, Gallica & Africana.

Dicam & de his in ſpecie, ut deſiderio Lectorum, quod iſto diſcuſſu moveri poterat, quantum ex me eſt ſatisfaciam. *Italiam* ergò quod ſpectat, certum ejus plures in ejus provinciis fuiſſe lingvas, & multo plures dialectos. In *Apulia* erat *Meſapiana*; in Tuſcia & Umbria, *Hetruſca*, quarum utraque periit Extant quidem in veteribus inſcriptionibus à Scaligero & Gutero in lucem protractis quædam earum monumenta, ſed quæ à nemine intelliguntur. In *Calabria* ſuperio-

Inſcript. Veter. p. 143 144. 145 146.

nica, quam ad Hiſpanicam acceſſiſſe Strabo ſcribit : vel illius partis quam Cæſar *Belgarum* vocat, & ad Rhenum producebatur, quæ fortè de Germanica aliquid traxiſſe poterat : quàm de *Celtarum*, qui mediterranea incoluere, & ſeparati quaſi à peregrinis agebant. Non fuiſſe *Græcam*, partim Epiſtola Cæſaris ad Q. Ciceronem à Gallis tum obſeſſum, Græcè ſcripta, ne intercepta ab illis intelligi poſſit; argumento eſt: partim Varro, qui de Maſſilienſibus ſcribit, tres linguas, nempe *Romanam*, *Græcam* & *Gallicam* calluiſſe: partim reliquiæ illius quæ in quibuſdam veteribus authoribus occurrunt, nec quicquam commune cum Græca habent. *Nec fuiſſe Germanicam* inde apparet, quòd Cæſar referat, Arioviſtum Germanum Principem, tam diu in Gallia moratum, ut linguam calluerit. quòd Tacitus ſcribat, Gallicam linguam co-

Cæſar l. 5. de bello Gallico.

Varro apud Hieron. præf. l. 2. Comment. in Epiſt. ad Galatas.

Cæſar de bello Gallico.

Tacit. de morib. German.

arguere, quod Gothini Germani non ſint: & quod Svetonius reliquerit, coegiſſe Gallos Caligulam, ut lingvam Germanicam diſcerent. Hotomannus omnium quos legi diſtinctiſſimè de moderna Gallicâ lingva loquitur, eamq; partim à Latina, (& quidem maximâ ut puto ex parte) partim Germanica, Græca & Britannica ſeu Vallica originem traxiſſe putat. Deductionem vocabulorum Gallicorum à Græca, apud Perionium, Poſtellum & alios habes: à Gallica apud Tſchudum, Goropium & Iſacium: à Britannica, apud Lhuidum, Camdenum, &c. Et hæc ultima videtur potius fuiſſe vernacula veterum Celtarum, quam Græca & Germanica lingva Græca quippe vocabula facilè per vicinitatem Maſſilienſium & Gallorum ad eam inclinationem, irrepere potuerunt: Germanica, per Francorum & Burgundiorum dominiũ:

Bri-

Sveton in Caligula c. 47.

Hotoman in Franco-gallia c. 1.

Perion l. de cognat. ling. Gall. & Græca

Poſtell. l. de tradend. Tſchud. in deſcr. Rhet. Alp. c. 3.

Iſaac. in Gloſſar. proſco gall.

Lhuid. in deſcript. Brit.

Camden. in deſcr. Brit.

Strabo Geogr. l. 4.

Britannica, fortè reliquiæ veteris illius linguæ censendæ sunt. Certè & Tacitus videtur scribere, parum Gallicam linguam à Britannica differre: & Cæsar prodidit, trajecisse sæpe studiosos Druidarum disciplinæ Gallos in Britanniam, informationis ergò. Cum ergò nullos tum libros habuerint; una linguâ usos, est verisimile. *Hispanicam linguam*, de qua jam dicendum est, ex vetere Hispanica, Latina, Gothica, & Arabica constare non est mirum, cum Hispania tam diu sub Romanis, Gothis & Mauris fuerit. Majorem tamen partem Latina sibi vendicat; hinc Arabica. Unde etiam suam linguam *Romance*, Romanam vocant. Et recordor me cujusdam Hispani epistolã vidisse, in qua unumquodq; verbum & Latinum & Hispanicum erat. Simile exemplum in Merula habemus. Valentina tamen & Catalonica linguæ, haud parum

Tacitus in vit. Agricolæ.

Cæsar. l. 6. de bello Gallico

Merula Cosmogr. l. 2. c. 2.

ex Gallia traxere. Caeterum antiquissima Hispanorum lingva, quæ per totam regionem, antequam à Romanis subigerentur usi sunt, videtur fuisse *Cantabrica*, quâ huc usque in Biscaja, Gvipuscoa, Navarra & Austria, seu Septentrionalibus & montanis partibus utuntur; cum qua & Gasconicam Aquitaniæ propè Pyrenæos, eximiam affinitatem habet. Nunquam sanè istis extraneæ nationes miscebantur: nec à Carthaginensibus, nec à *Mauris*, nec à Romanis, etsi multis bellis petiti, ante Augustum, subigi poterant: nec quicquam in ipsorum montosa, squalida, & inamœna regione, quod extraneos invitare vel irritare potuisset. Hæc causa est, quod in plerisq; talibus regionibus veteres incolæ & lingvæ conservatæ sint. Observatum id à Thucydide in Atticis & Arcadibus; quorum illi propter antiquitatem, πεπίχθονες

Thucydid. Hist. belli Peloponn. 1.

ex

ex terra immediatè natas ſe eſſe gloriabantur; hi ἀυτόχθονες ſeu autochthones propter eandem. Sic in Hiſpania ſervat adhuc in excelſis illis Granatæ montibus, quos *Alpuxarras* vocant, progenies Maurorum ſuam Arabicam lingvam, (unde Hiſpanis *Araviga* vocatur) quam eorundem in planicie reliquiæ, antequam pellerentur, oblivioni, receptâ Caſtiliana, tradiderunt. Idem in Epiri & Britanniæ noſtræ montanis videre eſt. Cauſam curioſus inquirere nolo: an quod perpetuis laboribus, vigiliis, & variæ aeris intemperiei tales, imbuti, egregios occaſione data agant milites: ſeu quod ſterile & horridum ſolum neminem ad invaſionem invitet: ſeu quod deficientibus opibus individui divitiarum comites ambitio & ſuperbia eos non infeſtent, & ideo per injurias, vel alienarum terrarum vaſtitiem, nullam vindicandi occaſionem

linguam aliquatenus à Phœnicia discessisse, eo ipso eandem cum illa affirmare. Quid ipsi Phœnices, de quorum mercatura tot in Historiis legimus, nisi Chananæi, quod ipsum vocabulum *mercatores* significat? Hæc enim ipsa natio, quam Græci Φοίνικες, Romani ad imitationem Græcorum Pœnos & Punicos, propter palmarum, quæ apud eos, tantam frequentiam, ut & in insignibus palmam habuisse observatum sit, & à seipsa & à vicinis Israelitis Chanaanæa vocabatur. Et quod tales fuerint, facillimè demonstrari potest. Nam 1. ea ipsa mulier, quæ apud Marcum vocatur Syrophœnissa, apud Matthæum dicitur Chananæa: 2. Reges quos Josua Cananæos vocat, LXX. interpretib. Βασιλεῖς τῆς Φοινίκης appellantur. 3. Totus ille à Sidone ad Azzam seu Gazam tractus, delineante Mose, à Cananæi posteritate possidebatur: cujus tota

Arias Mont. de Chanaan c. 8. Possell. in descript. Syriæ.

Matth. c. 15. 22. Marc. c. 7. 26. Josue 5.

Gen. c. 10. 19.

Se-

Septentrionalior pars supra Carmeli promontorium, aut sinavis, à fluvio Chorsco, (Judæis Kison) qui illi promontorio vicinus, ad civitatem Orthosiam mari illabitur, à Strabone, Plinio, Ptolomæo, & aliis Phœniciæ adscribitur: (Strabo nomen hoc secundum totam maritimam Palestinæ oram, ad confinia Ægypti, quod & Dionysius Periegetes facit, ita extendit, ut Joppen, Gazam, & Elatham in Phœnicia locet) quem Sidonis, Chethi, Girgaschi, Harbi, Arvadi, & Chamathi filiorum Canaanis sex peculium quasi fuisse, (reliqui quinq; austrata Palæstinæ incolebant) nemo in Chorographicis terræ sanctæ versatus, ignorat. Cùm ergò ex hac Cananææ parte colonias in Africam & Carthaginem à Phœnicibus deductæ sint: necessario sequitur horum illos progeniem. Nec id illi diffiteri volebant. Nam Augustino teste,

Strabo Geogr. l. 16.
Plin. l. 5. c. 12.
Ptolom. tab. 4. Asiæ.

re & inferiore, ad maris Tyrrheni oras erat Græca; in Latio, quę nunc *Campagna di Roma*, Latina. In *Lombardia & Liguria* vetus *Gallica* cujuscunq; tandem illa conditionis. Ex his priores duæ, vernaculæ esse desiere: tertiam frustra in Italia quæras, nescio an & alibi. *Sabina, Osca,* & *Tusculana*, quarum apud scriptores mentio; non lingvæ, sed diversæ illarum, de quibus dixi dialecti erant, quod ex observationibus Varronis, Festi, Servii, Pauli Diaconi & aliorum habemus Quænam vetus Gallorum fuerit lingva, à multis disputatum est, manetq; res adhuc in dubio. Quidam putant fuisse Germanicam, alii Græcam, nonnulli Vallicam Utut sit, quæcunque tandem fuit, una certe per totam illam regionem esse non potuit. Cæsar enim & Strabo, diversarum in diversis partibus meminere. Nec tam est quæstio de *Aquitanica*,

Cæsar l. 1. de bello Gallico Strabo Geogr. l. 4.

nica, quam ad Hiſpanicam acceſſiſſe Strabo ſcribit : vel illius partis quam Cæſar *Belgum* vocat, & ad Rhenum producebatur, quæ fortè de Germanica aliquid traxiſſe poterat : quàm de *Celtarum*, qui mediterranea incoluere, & ſeparati quaſi à peregrinis agebant. Non huſſe *Græcam*, partim Epiſtola Cæſaris ad Q. Ciceronem à Gallis tum obſeſſum, Græce ſcripta, ne intercepta ab illis intelligi poſſit, argumento eſt : partim Varro, qui de Maſſilienſibus ſcribit, tres lingvas, nempe *Romanam*, *Græcam* & *Gallicam* calluiſſe : partim reliquæ illius quæ in quibusdam veteribus authoribus occurrunt, nec quicquam cõmune cum Græca habent. *Nec fuiſſe Germanicam* inde apparet, quòd Cæſar referat, Arioviſtum Germanum Principem, tam diu in Gallia moratum, ut lingvam calluerit. quòd Tacitus ſcribat, Gallicam lingvam co-

Cæſar L. 5. de bello Gallico.

Varro apud Hier. præf. l. 2. Comment. Epiſt ad Galatas.

Cæſar de bello Gallico.

Tacit. de morib Germ.

arguere, quod Gothini Germani non ſint: & quod Svetonius reliquerit, coëgiſſe Gallos Caligulam, ut lingvam Germanicam diſcerent. Hotomannus omnium quos legi diſtinctiſſimè de moderna Gallicâ lingva loquitur, eamq; partim à Latina, (& quidem maximâ ut puto ex parte) partim Germanica, Græca & Britannica ſeu Vallica originem traxiſſe putat. Deductionem vocabulorum Gallicorum à Græcâ, apud Perionium, Poſtellum & alios habes: à Gallica apud Tſchudum, Goropium & Hacium: à Britannica, apud Lhuidum, Camdenum, &c. Et hæc ultima videtur potius fuiſſe vernacula veterum Celtarum, quam Græca & Germanica lingva. Græca quippe vocabula facilè per vicinitatem Maſſilienſium & Gallorum ad eam inclinationem, irrepere potuerunt: Germanica, per Francorum & Burgundiorum dominiũ:

Bri-

Sveton. in Caligula c. 47.

Hotoman. in Franco-gallia c. 1.

Perion. l. de cognat. ling. Gall. & Græca Poſtell. l. de rat. ling. v. Tſchud. in defer. Rhet. Alp. rv. Iſaac. in Gloſſar. priſco gall. Lhuid. in deſcript. Brit. Camden. in deſcr. Brit.

Strabo Geogr. l. 4.

Britannica, fortè reliquiæ veteris illius lingvæ censendæ sunt. Certè & Tacitus videtur scribere, parum Gallicam lingvam à Britannica differre: & Cæsar prodidit, trajecisse sæpè studiosos Druidarum disciplinæ Gallos in Britanniam, informationis ergò. Cum ergò nullos tum libros habuerint; una lingvâ usos, est verisimile *Hispanicam lingvam*, de qua jam dicendum est, ex vetere Hispanica, Latina, Gothica, & Arabica constare non est mirum, cum Hispania tam diu sub Romanis, Gothis & Mauris fuerit. Majorem tamen partem Latina sibi vendicat; hinc Arabica. Unde etiam suam lingvam *Romance*, Romanam vocant. Et recordor me cujusdam Hispani epistolã vidisse, in qua unumquodq; verbum & Latinum & Hispanicum erat. Simile exemplum in Merula habemus. Valentina tamen & Catalonica lingvæ, haud parum

Tacitus in vit. Agricolæ.

Cæsar. l 6. de bello Gallico

Merula

Castilian. l. 1. c. 8.

ex Gallica traxere. Caeterum antiquissima Hispanorum lingua, quæ per totam regionem, antequam à Romanis subigerentur usi sunt, videtur fuisse *Cantabrica*, quâ huc usque in Biscaja, Guipuscoa, Navarra & Austria, seu Septentrionalibus & montanis partibus utuntur; cum qua & Gasconicam Aquitaniæ propè Pyrenæos, eximiam affinitatem habet. Nunquam fanè illis extraneæ nationes miscebantur: nec à Carthaginensibus, nec à Mauris, nec à Romanis, etiamsi bellis petiti, ante Augustum, subigere poterant; nec quicquam in ipsorum montosa, squallida, & inamœna regione, quod extraneos invitare vel irritare potuisset. Hæc causa est, quod in plerisq; talibus regionibus veteres incolæ & lingua conservatæ sint. Observatum id à Thucydide in Atticis & Arcadibus; quorum illi propter antiquitatem, οὐ πάνυ ἐπ-

Thucydid. lib. 1. hell. Peloponn.

ex

Ex terra immediatè natos se esse gloriabantur; hi *προσεληνίους* seu antelunares propter eandem. Sic in Hispania servat adhuc in excelsis illis Granatæ montibus, quos *Alpuxarras* vocant, progenies Maurorum suam Arabicam linguam, (unde Hispanis *Aravega* vocatur) quam eo-rundem in planicie reliquæ, antequam pellerentur, oblivioni, receptâ Castiliana, tradiderunt. Idem in Epiri & Britanniæ nostræ montanis videre est. Causam curiosus inquirere nolo: an quod perennis labentibus, virgultis, & variæ aëris intemperiei talis innutriti, egregiæ occasione datâ agunt milites: seu quod sterile & horridum solum neminem ad invasionem invitet: seu quod deficientibus opibus individui divitiarum comites ambitio & superbia eos non infestent, & ideo per injurias, vel alienarum terrarum vastitiem, nullam vindicandi occasionem

ſionem præbeant? Sit quicquid ſit, certum tamen eſt antiquiſſimas & nationes & lingvas in talibus inveniri terris: adeo ut Biſcajenſes, ſe veros eſſe *Hidalgos*, ſeu nobiles glorientur: quod & de noſtris Vallis quidam referunt. Venio tandem ad *lingvam Punicam*, quam ut non credo, quod Galateo viſum, totalitèr à Romanis deletam: ſic nec poſſum induci, ut credam, Arabicam, cujus nunc in Africa uſus, quod quibusdam viris doctis placet, fuiſſe. Notum enim Hiſtoricis, nec Pœnos ab Arabibus deſcendiſſe: nec dum elapſos mille annos, ex quo Saracenicam cum ſuis victoriis Africæ intulêre; reliquiasq; veterum Afrorum, diverſam ab Arabica lingvam habere, ut Johannes Leo prodidit. Videtur ergò extra controverſiam *Punicam lingvam fuiſſe Chananæam, ſeu veterem Hebræam*, ſed quæ ab originali pronunciatione paulò de-

Galateus de ſitu Ita liæ p 98
Geſner in Mithrid Bonfin de ritu en lng. Arabica Poſtellus de lng 12 Meſius in Gramm Syriac. Schindler in Lex. pentaglotte Iohan Leo l. 1 Afric. de lingua

ſciviſſet, quod tractu temporis accidere colonis ſolet, quæ longè à domo plantatæ ſunt. Quid enim quæſo ipſa Carthago, urbium Africarum regina, quæ in circuitu habebat viginti quattor milliaria, ut Florus in Livii Epitome habet, in extremo vallo, trecenti ſexaginta jugera, ſeu quadraginta quinque milliaria, ut Strabo reliquit, & æmulam Romæ per centum viginti annos, notante Plinio cogit, & cui tota maris Mediterranei ora, à majore Syrtis fundo in Africa, ad Iberum Hiſpaniæ fluvium, per bis mille milliarium patuit, Carthago inquam; quid aliud niſi Phœnicum colonia? Tyriorum inprimis, quod & apud Strabonem, Melam, Livium, Plinium, Appianum & alios legimus: & ipſorum Pœnorum ſeu Punicorum ex nomine Phœnicum detortum nomen firmat: ne dicam Hieronymum, dum ſcribit, Punicam lin-

Flor. in Epit l. 51.

Strabo Geogr. l. 17.

Plin l. N. l. 5. c. 28.

Mela l. 1. c. 7

Liv. l. 33.

Plin l. N. l. 5. c. 19.

Appian. l. de bello Pun.

Curt. Hiſt. l. 4.

lingvam aliquantum à Phœnicia diſceſſiſſe, eo ipſo eandem cum illa affirmare. Quid ipſi Phœnices, de quorum mercatura tot in Hiſtoris legimus, niſi Chananæi, quod ipſum vocabulum *mercatores* ſignificat? Hæc enim ipſa natio, quam Græci Φοίνικες, Romani ad imitationem Græcorum Pœnos & Punicos, propter palmarum, quæ apud eos, tantam frequentiam, ut & in inſignibus palmam habuiſſe obſervatum ſit, & à ſeipſa & à victis Iſraelitis Chananæa vocabatur. Et quod tales fuerint, facillimè demonſtrari poteſt. Nam 1. ea ipſa mulier, quæ apud Marcum vocatur Syrophœniſſa, apud Matthæum dicitur Chananæa: 2. Reges quos Joſua Cananæos vocat, LXX. interpretib. βασιλεῖς τῆς Φοινίκης appellantur. 3 Totus ille à Sidone ad Azzam ſeu Gazam tractus, delineante Moſe, à Cananæi poſteritate poſſidebatur: cujus tota

Arias Monta. in Chanan. & Poſſel. in deſcript. Syriæ.

Matth. 15. 22. Marc. 7. 26.

Joſ. 5. 1.

Gen. 10. 19

Se-

Septentrionalior pars ſupra Carmeli promontorium, aut ſi mavis, a fluvio Chorſco, (Judæis Kiſon) qui illi promontorio vicinus, ad civitatem Orthoſiam mari illabitur, à Strabone, Plinio, Ptolomæo, & aliis Phœniciæ adſcribitur: (Strabo nomen hoc ſecundum totam maritimam Paleſtinæ oram, ad confinia Ægypti, quod & Dionyſius Periegetes facit, ita extendit, ut Joppen, Gazam, & Elatham in Phœnicia locet) quem Sidonius, Chethi, Girgaſchi, Harbi, Arvaldi, & Chamathi filiorum Canaanis ſex peculium quaſi fuiſſe, (reliqui quinq; auſtralia Palæſtinæ incolebant) nemo in Chorographicis terræ ſanctæ verſatus, ignorat. Cùm ergò ex hac Cananæa parte coloniæ in Africam & Carthaginem à Phœnicibus deductæ ſint: neceſſario ſequitur horum illos progeniem. Nec id illi diffiteri volebant. Nam Auguſtino teſte,

Strabo Geogr. l. 16 Plin. l. 5. c. 12. Ptolom. tab. 4. Aſiæ.

ste, quæsiit quinam essent, Chananæos se esse dicebant. Certum ergo Punicam linguam Chananæam fuisse, seu veterem Hebræam. Revera enim ita sentio: nec puto, eam Abrahamum Chananæa intulisse, sed didicisse ibidem. Adstipulantur mihi tres vel quatuor linguæ & antiquitatum hujus peritissimi. Esaias Propheta apertè eam linguam Chananæam vocat. Nomina locorum & civitatum Hebraica fuêre, antequam Israelitæ in ejus possessionem mitterentur, ut in Mosis & Josuæ libris videre est. Augustinus, in cujus scriptis multa vocabula Punica occurrunt, magnam affinitatem cum Hebræa habere, uno loco scribit; in unoquoque ferè verbo convenire, in altero. Cum ergo Pœni suam istam linguam non ab Israelitis; posteritas enim Abrahami non erant; nec ulla talis migrationis in sacris mentio; expressissimèque

Festus Lib. Phœnicib. liter. c. 1. §. 5.
Arias Mont. 1. Chanaan. c. 9.
Genebr. Lt. Chronic.
Scalig. ad Festum in dict. Sarra Esai. c. 19. 18.
August. in serm. 35 de verbis Domini in Evangel. Luæ & lib. 2. contra Petil. c. 104.

mèque ab Historicis prodatur, deductas Tyro, quæ nunquam in Israëlitarum potestate, colonias, sed à Chananæis habuerint; necessariò dicendum est, vel Chananæam fuisse, vel Chananææ maximè affinem. Diversitatis quæ inter eas fuit causa, partim in nimiam à primis sedibus distantiam, partim in conversationem cum locorum in quæ deductæ erant, incolis; partim in tempus, quod omnes linguas alterare solet, conjici debet. Fragmentum illud quod unicum in scriptis extat, apud Plautum, tantum ab Hebræo abire mirandum non est, a pluribus transcriptoribus corruptum, eo plura errata, per mille octingentos annos contraxit, quo minor in transcribendo & legendo illo. quod non intelligebatur, cura adhibita est.

CAPUT VIII.

De amplitudine Linguæ Sclavonicæ, Turcicæ & Arabicæ.

SClavonica lingua multis in Europa, aliquibus in Asia vernacula est. Præciput in Europa sunt, Dalmatæ, Liburni Macedones Occidentales, Epirotæ, Bosinates, Servii, Bulgari, Moldavi, Russi, Moscovitæ, Bohemi, Poloni, Silesii: in Asia, Circassii, Mengrelii & Gazaritæ. Præcipuos dixi. Gesnerus namque & Roccha, sexaginta Nationes habent, quibus ista lingua communis. nec ignotum in tertia Europæ parte versus Orientem, ad extremos usque limites, fluviorum Droynæ & Tanais, esse in usu, Græcâ, Hungaria & Valachia exceptis. Certè, in Servia, Bosnia, Bulgaria, Rascia, Moldavia, Russia & Moscovia, id est, omnes illæ versus Orientem nationes, quæ rini Græco sacra

Gesner. in Mithrid. Roccha in Append. de Dialect.

sacra celebrant, & Patriarchæ Constantinopolitano subsunt, diverso in scribendo a Dalmatis, Croatis, Istris, Bohemis & Polonis haractere (vide omnes in Postello de Orientalibus linguis) tantum; quorum iste inventum Divi Hieronymi, *Dalmaticum* & *Illyricum* dicitur; ille proximè ad Græcum accedens, inventum cyrilli *Servianus*, & incolis *Churrilizza*. Et intra hos quidem terminos Sclavonica lingua vernacula est, in australioribus Dominii Turcici partibus, intra quadragesimum septentrionalis paralleli gradum, parte Epiri exceptâ vulgarem esse non puto, multis tamen in usu. Nam & in aula Imperatoris Turcici, quem *Seraglio* vocant, multis Turcicis militibus, qui præsidiarios in confinibus christianorum Principum inter illas nationes quibus vernacula egerunt, familiaris est, & Janizaris aliisque officia-

Postell de Lingua slavonica.

ficiariis ignota esse non potest. At in Anatolia, etsi veteres linguæ, quæ intra corruptam Græcam consistunt, remanserunt, & Armenia sibi peculiarem habeat; frequentior tamen, & quæ omnibus prævalet, est *Turcica*. Hæc etsi primigenio ortu sit Tartarica ut Micchovius & alii observavere: multum tamen de Armena Persica & Græca in quibus regionibus antequam dominatum suum fundarent, diu hæsere, traxit: ut ab Arabica plurimum, tum quod ea Alcoranus scriptus sit: tum, quod in scholis doceatur. Quamvis verò Turcica lingua in Anatolia & Armenia communiter intelligatur, nondum tamen vel veteres linguas obliterare; vel peculiarem aliquam provinciam, quam tum ego novi, in qua vernacula esset, obtinere potuit. Ipsæ illæ urbes in quib. Turcicis Imperatoribus olim sedes, ut Iconium in Lycaonia, Prusa in Bithy-

thynia, Adrianopolis in Thracia, Conſtantinopolis adeò ipſa, veterè ſua linguâ Græca nempe utuntur? Turcicâ tanquam communi in civitatibus Græcis & Aſiaticis exiſtente. Quantum ad *Arabicam*, hæc in Orientalibus Ciliciæ partibus, ultra fluvium Pyramum, in Meſopotamia, Syria, Palæſtina, Arabia, & Ægypto, & toto illo verſus Occidentem Africæ tractu, qui ab Ægypto ad fretum Gibraltar, producitur; in toto inquam illo tractu, qui monti Atlanti & mari mediterraneo interjacet, & *Barbaria* nunc vocatur, Marocenum & quasdam Africorum veterum in mediterraneis reliquias ſi exceperis, nativa & vernacula eſt; dialecto tamen varia, ut inter tot nationes diverſas fieri ſolet. Etſi verò longè ab illorum opinione abſim, qui duas tertias totius habitabilis orbis Arabicam poſſidere credunt: video tamen longè & latè

Poſſell. in præfat Gramm. Arab Ludov. Reg l. 8 de viaſſi rum

extcn-

extendi, inprimis ubi religio Muhamedana obſervatur. Hinc fit, ut in illis partibus quæ ſeptentrionali maris mediterranei lateri adjacent, & inter Muhamedanos Tartaros exuma ſit illius cognitio: adeò, ut Turcæ Arabico charactere utantur. Vides ergo, *Sclavonicam, Græcam, Turcicam & Arabicam, communes in imperio Turcico linguas eſſe.*

CAPUT IX.

De Syriaca & Hebraa lingua.

Maſſius in præfat. Grammat. Syriacæ. Sixtus Senenſis Bibliothl. 4. vocat Thargum Canonem in præfat. ſuæ Syr.

SYriaca lingua putatur ſuam in captivitate Babylonica habuiſſe originem, cum Judæi chaldæis miſcerentur: intraque illud LXX. annorum ſpatium, vulgus Judæorum propriæ linguæ oblitum, chaldaicè cæpiſſe loqui; Formata ad modum Hebreæ in punctis, affixis, conjugationibus & aliis pronunciatione, factum ut mixta ex Hebræa & chaldæa videretur; hæc verba illa

illa pronunciandi modum suppeditante: vetus Hebraica inter eruditos mansit & scholas, prout & nunc literatas linguas in iisdem docemur. Tempore Christi magis cœpit alterari, & ab Hebræa Chaldææque recedere, Græcarum, Latinarum & Arabicarum vocum mixturâ. Evidens id in Thalmude Hierosolymitano à R. Jochanane, ccc. ante Christum annis collecto, quibus magis infarctum est quam Chaldæa paraphrasis, cujus paulò ante Christum authore Jonathane, post Christum R. Aquila Onkelos dictus. Certum etiam indoctos Judæos *non tantum propter magnam vocum* quorum tum vulgaris lingua Syriaca, non tantum propter magnam vocum quæ in lingua Syriaca plærasque sunt Chaldææ, diversitatem, & suffixorum & præfixorum differentiam, sed & soni in quibusdam vocalibus varie-

Arias Montanus de ratione Masoreth. Fabric in præfat. Lex Syro Chaldaici. Pasorius. in apparatu sacro voce Bibl. Bellarm. de verbo Dei l. 4.

Wasér. in Prefat. Pent. Syr.

varietatem, & alia מפרשים sen Mosis & Prophetarum in Synagogis lectionem Hebraâ linguâ non intellexisse. Hinc factum, ut & lectionem Mosis & Prophetarum singulis sabbatis in synagogis explicationes quæ ab eruditis fiebant, exciperent, cujus in N. T. mentio; & textus ipse à Jonathane, Onkelosо, & aliis in vulgarem linguam translatus sit. Nullum enim dubium ita Chaldæam linguam ab Hebraica distasse, ut nec hæc à Chaldæis, nec illa à Judæis intelligi potuerit. Etsanè videmus, posse etiam nunc temporis aliquem in Hebraicis versatum esse, nec tamen Chaldaica intelligere. Notum cum Esra post captivitatem legem coram populo legeret, fuisse qui interpretabantur: & quod omnem dubitationem tollit rogatum ab officialibus Hezekiæ Rabsakem, ut Chaldaicè loqueretur, ne populus

Act. XIII. 15.

Nehem VIII. 7. 8. 9

II. Regum XIII. 26.

Huc

Hierosolymitanus intelligeret Pe-
testtamen concedi, Judæos tempo-
re Christi æquè ac hodie, Chaldaica
Targumim, cum lectionibus Mo-
sis & Prophetarum legisse, quod
quidam eruditi affirmant. certum
enim Jonathanem Uzielidem ante
christi nativitatem; non tantum
prophetas, sed & pentateuchum
transtulisse. Ejus autem illa quam
supra prophetas habemus para-
phrasis: & lingua quam jam Syria-
cam vocamus, Judæorum chaldæa
erat, quæ successu temporis per
Græcorum & aliorum vocabulo-
rum mixturam, mutationem passa
est, ut ea quæ antehac & tempore
christi erat, esse desineret. Hæc
& Judæorum traditio apud Sixtum
Senensem; apud Galatinum etiam,
qui se Jonathanis & Onkelositrans-
lationem vidisse scribit, nec in pri-
mis quidem verbis convenientes.
Potuit ergò tam verum esse chal-

Iunius in Bellarm. controv. 1. l. 2 c. 15. f. 11.

Sixt. Senens. Bibliothl. 4. dict. Syrophœn. Galatin. de Arcan. Cathol. verit. l. 1. 2. fol.

daa

dæa Targumim aut cum textu chaldaico, aut loco ipsius lecta fuisse; ac verum esse putatur, Judæos qui Alexandriæ & aliis Ægypti partibus, in Asia & Græcis provinciis vixere, Hebræi textus loco, quem non intelligebant, Græcâ LXX. interpretum translatione, ut apud Tertullianum videre est, & aliorum de quibus in constitutionibus Justiniani, usos; & inde in Actis Apostolorum ἑλληνισταὶ vocari. Et sanè opinione eruditorum hoc vocabulo non Græci, qui semper ἕλληνες, sed dispersi Judæi, qui Græcâ versione in Synagogis utebantur, intelliguntur.

* Salmero de Canon. Script. Prolog. 3.

Tertull. in Apolog. c. 19. Novella 146. Act. VII. VIII. 29 & XI. 20. Scalig. in Chron Euseb ad An. 1714.

TANTUM.

EDO.

EDOARDI BREREWODI, SCRUTINIUM RELIGIONUM,

CAPUT I.

De partibus Orbis quas Christiani incolunt.

TOta Europa poſſidetur à Chriſtianis, extremos verſus ortum & Septentrionum angulos, ſi exceperis. Exiguus ille Muhamedanorum, qui in quibusdam pagis circa Villam in Lithuania habitant, numerus ut & diſperſæ Idololatrarum in illa provincia & Samogitia reliquiæ, non ſunt tanti, ut in rationem veniant. Verſus Septentrionem tamen Lappia, Scrikfinia, Biarmia, Corelia, Septentrionales Finmarchiæ partes, quæ omnia

Michov. de Sarm. l. 1. c. 3. Bohemus de Moribus gent. l. 3. c. 7. Bot. Relat. p. 3. l. 1. Zigler in Schonlandia

nomine ejusdem veniunt, & non-
genta milliaria Anglicana in circu-
itu continent, ab Idololatris inco-
luntur. Regiones versus ortum
inter Tanaim & Borysthenem sitæ,
& quæ secundum longitudinem
Mæotidis paludis, & ponti Euxini
curruntur (vera hæc veterum Go-
thor: patria) quæque amplitudine
& populorum frequentia, illas de
quibus dicimus, duplo ferè super-
ant, à Tartaris Crimæis seu Præ-
copitis, qui Muhamedismum am-
plexi sunt, inhabitantur, paucis
Christianis exceptis, qui in Tauri-
ca supersunt. In dominiis quæ
Turcæ in Europa subsunt, quæque
peninsulæ figura inter Danubii &
mare porriguntur, & CCXXX. mil-
liaria in ambitu (Moldaviam,
Transylvaniam, Valachiam inter
partes Dominii non repono) ha-
bent, à Buda nempe quæ ad Danu-
bii littora, & Ragusa, quæ ad ma-

Micho. de Sarmat. l. 2. c. 5. Munster. Cosmogr. l. 4. c. 37.

re.

re Orientem versus jacet, ad ultimos usque Europæ limites, ut & in insulis Ægæi maris, Christiani Muhamedanis misceantur. Quæ omnia dominia, etsi tantùm in circuita habeant: vix tamen ducta per latitudinem linea, Hispaniam superant, continente circumferentia minimè respondente: tùm quòd in acutos angulos versus Septentrionem & Meridiem, in Hungaria & Moræa seu Peloponeso exeant: tùm quòd in plurimis Græciæ locis mari nimium interluantur. Talis tamen est Christianorum cum Muhamedanis, in istis oris mistura, ut Christiani duas 1. tertias constituant. Turca quippe pacto tributo contentus, (quarta id proventuum, & Saltanus pro quolibet capite) modo Muhamedanæ sectæ non contradicatur, libertatem religionis permittit. Ideò vel in ipsa Græcia, quæ variis olim

1. *Botor. Relat. part. 4. Georgevitz. de statu Christ. sub Turcis de Tributo.*

diſcordiis agitata, prima jugum Turcicum ſubiit, Conſtantinopoli, vel hodie, Chriſtiani viginti 2. templa, Theſſalonicæ ſupra triginta habent, cum Muhamedani tria duntaxat poſſideant: Theſſalonicenſi verò Metropolitæ, decem in provincia Suffraganei, Philippenſi centum & quinquaginta Eccleſiæ, Athenienſi totidem, Corinthio centum, cum aliquot ſuffraganeis, ſubſunt.

2. *Chitræus de ſtatu Eccleſ. Gerlach. in Epiſt. ad Cruſ.*

In Africa, quicquid Chriſtianiſmus idololatriæ olim ademerat, id nunc Chriſtianiſmo Muhamediſmus abſtulit; in tantum, ut non modo Septentrionalis illa Africæ pars, quam mare mediterraneum lambit, interid & montem Atlantem, ab Hiſpania ad Ægyptum, ubi olim Chriſtianiſmus ita florebat, ut Synodos 3. à cc. Epiſcopis celebratas, trecentos 4. Catholicos Epiſcopos à Genſerico Vandalor.

3. *Concil. Carth. 4. & 6.*

4. *Mart. Pelag. A. 475.*

dalor. Rege expulsos legamus; & in provincia 5. Zengitana, in qua olim centum sexaginta Episcopi sub uno Metropolita fuere, Christianis sit vacua; paucis urbibus Regi Hispanianum subjectis (ex quibus Septa & Tanger Episcopales sedes sunt) exceptis: sed etiam in vastissimo illo continente, qui triplo Europa major est, nulla regio, si ab Abyssina discesseris, in totum à Christianis possideatur: nec in ulla, quod magis dolendum, præterquam Ægypto, Mahumedanis; 6. Congo & Angola, quæ regna Anno MCCCCXCI. religionem Christianam receperve, Idololatris, permisti habitent: reliquum quicquid est, à Paganis vel Mahamedanis incolitur. Quibus, si pauca quæ adduximus in Africa loca, freto Gibraltar seu Herculeo vicina, quæ Reges Lusitaniæ & Castiliæ Mauris ademere, cum

5 *Vide I. de persecut. Vandal.*

6 *Pigafet. tract. de Congol. c. 2.*

paucis hinc inde ſparſis munimentis, à Luſitanis in ora maritimæ Africæ erectis, (undecim inter Hiſpaniam & Indiam numerantur) adjecero, neſcio, an ullum amplius in Africâ locum, ubi Chriſtiani habitent, inventurus ſim. Sanè vaſtiſſima Nubiæ regio, quæ à temporibus Apoſtolorum religionem Chriſtianam recepiſſe creditur, nunc partim à Paganiſmo, partim ab Iſlamiſmo ſeu Muhamedismo abſorpta eſt. Cauſa tantæ apoſtaſiæ, verbi divini fames, & Miniſtrorum defectus eſt. Cum ſacerdotes à Rege Abyſſino circà illud tempus quo Alvarezius in Æthiopia vixit, per legatum, ad reſtaurandum Chriſtianiſmum patere-rent, repulſam paſſi ſunt. Sed nec in Ægypto populoſiſſima aliàs regione ultra 71. L. M. Chriſtianorum numerus aſcendit: nec in Abyſſino regno tam numeroſi, ut qui-

Alvarez. Hiſt. Æthiop. c. 137

7 Boter. Relat. p. 1. l. 3. Thom. à

quidam restimante reperiuntur. Nã versus Septentrionem & Occiden-tem gentiles, versus Ortum Mu-hamedanos sibi permissos habent: nec tam amplum est illud regnum, ut quidam prodidere. Equidem non possum assentiri illis, qui ei DCLXII leucas in circumferentia assignant, quamvis illæ Hispanicæ essent: sic enim Germaniam dumtaxat amplitudine superaret. Sed nec illorum approbo sententiam, qui vel Turcicum & Tartaricum imperium magnitudine excedere & opinantur: vel idem utroque tropico, à rubro mari ad Oceanum Occidentalem inclu-dunt. Nam, ut aliquid de limitibus hujus regni dicamus, si Orientem spectamus, rubrum mare, nec intra fretum Babel Mandel, nec extra attingere, certum est. Quippe intra fretum, secundum longitudinem finis Arabiæ, continuo

Iesuit. Conuers. gent. l. 7. c. 5.

Maiguz. mel diuerso de glacies maximis Signorel.

eſt montium tractus, quos Mauri inter ſinuum & Abyſſinam inhabitant: & unicus duntaxat in illa ſinus ora portus eſt, nomine Erco-co, qui Abyſſini imperium agnoſcit; Extra verò nullibi Oceanum attingit, cum ora illa ad Mozambiquen uſque ab Arabibus inhabitetur. Occidentem ſi attendas, apud nullum alicujus momenti authorem invenio, (mappæ Geographicæ quod volunt ſomniant) qui Abyſſinum regnum ultra Nilum porrigi diceret. Occidentale enim Nili littus, à fluvio Zaire ad confinia Nubiæ, ab Anzichis, Idololatris, & Anthropophagis, qui proprio Principi parent, poſſidetur. Quantum ad Septentrionem, nec ſecundum Nili littora, ultra Meroes inſulæ, cujus incolæ ſunt Muhamedani, capitales Abyſſinorum hoſtes, meridionale punctum ſe extendit: nec ſecundum

dum mare ultra portum Suachen. Meridiem versus tendentes limites non ita benè explorati sunt: Circulum tamen capricorni non attingere, vel exinde patet, quod inter eum & Æthiopiam, regna maxima Mocnhemage & Benomotasia sita sint: imo omnibus itinerariis diligentissimè excussis, ultra sextum aut septimum gradum parallelı meridionalis non protendi, ibique regno Mocnhemage confine esse judico. tantum itaque occupare terræ credo, quantum Germania, Gallia, Hispania & Italia occupant terra inquam. Nam intemperies climatis; & sterilitas soli, unde torridas Africæ partes Piso apud Strabonem partim similes fecit, habitationibus interpunctas, quas Ægyptii Anasses vocant, tam populosum & frequens esse non sinunt. Quam proximè etiam ad veritatem Pigaffettam accedit.

Strabo Geogr l. 2.

Pigaffetta descr. Congo l. 2 c. 10

cedere puto, qui ei IVM. milliaria in circumferentia, MD. nempe in longitudine, D C. in latitudine adscribit, & à Septentrione & Oriente à Mahumedanis ab occidente verò & meridie, à gentilibus cingi adjicit. Et hic est Christianorum in continenti Africæ status. Quantum ad Insulas occidentali Africæ oræ objacentes, Maderam nempe, Canarias, Capitis viridis, S. Thomæ, & alias exiguas, ex Lusitanorum & Castilianorum opera Christianissimum recepere. Versus Orientem, nullam insulam invenies in qua Christiani habitent, excepta Socotora.

Haud melior est Christianorum in Asia conditio. Nam si Imperium Russicum, cujus bona pars inter Pechoram & Obi fluvios, nec non Permia, idololatrica est, regiones Circathæ & Mengreliæ, quæ Mæotidi paludi & Ponto Euxino à

Ta-

Fanaiversus ortum ad Phasin flu-
vium adjacent, Georgia, & mons
Libanus excipiantur, nulla est in
tota Asiaregio, in qua soli Chri-
stiani habitarent: ubique Pagani
aut Mahumetanis miscentur. Quã-
vis verò Vitriacus vir quorundam
in Oriente locorum gnarissimus,
tempore Christiani in Palæstina
regni, Aconensis Episcopus, Chri-
stianos in Orientalibus Asiæ parti-
bus vicisse tùm numero Græcas &
Latinas Ecclesias scribat: dubita-
ri tamen non debet, ipsius jam
tempore (scripsit autem ante cccc.
& ultra annos) ibi in locis Chri-
stianissimum declinare cœpisse; &
ab eo tempore, partim per mun-
dationem Tartarorum, qui idolo-
latriæ addicti erant, partim per
Mahamedismi propagationem, in-
gentem passum esse Ecclipsin. E-
rat quidem tempus, cum regnan-
te Johanne Presbytero Rege Ten-
duc

Vitriac Hist. Orient. c. 77.

duc Chriſtiano & Neſtoriano Principe, Chriſtianorum maxima pars in illo & alus ei ſubjectis provinciis eſſet: verum eo à Chingis Can Anno MCLX. victo, multum ipſorum numerus decrevit: ſic ut 2. M Paulus Venetus, qui quinquaginta annis poſt Vitriacum vixit, & ſeptem decem annos in Tartaria exegit, in iſto regno Tenduc, cujus propriè Johannes Presbyter, ut ab antiquis Hiſtoricis vocatur, Rex erat (perperam iſte titulus, Abyſſinor. Regi tributur) incolas ſuo tempore maximam partem Chriſtianos fuiſſe, reliquos, idololatras aut Muhamedanos ſcribat, in reliquis regnis, nempe, 3. Tanguth. Chinchintales, Succuir, Caratam, Cafar, Carcham, Ergumuli, Egrigaia, Cerguth, nullam ipſorum mentionem facat. Duas tantummodo urbes excipit, Cingiangiſu nempe in Man-

2. *M Paulus l. 1. c. 8.*

3. *Vitriac. Hiſt. c. 78. Paulus venet. l. 1. & 2.*

gi,

gi seu China, & Quinsay, totius orbis maximam, in qua uniendi Christiani templum habebant. In meridionalibus Asiæ partibus, iis inprimis, in quibus religio Christiana profundas egerat radices, ut Natolia, Syria, Palæstina, Chaldæa, Assyria, Mesopotamia, Armenia, Media, Persia, Septentrionalibus Arabiæ & Australibus Indiæ partibus inveniuntur quidem Christiani: sed in Natolia, Armenia, Syria, Mesopotamia, Mahumetanis, in India, non procul promontorio Comorin, in regno Contan, Grangenor, & Coromandel idololatris permisti, & quidem ita, ut multùm numero à Mahumetanis & idololatris superentur, quamvis in India; ex quo Goæ Archiepiscopatus erectus est, multum Christianorum numerus quibusdam locis increverit. De Insulis Asiaticis non est quod multum gloriemur, in tri-

triginta, exxt. millib. Philippinas, introductam à Caſtilianis eſſe Armuzium, in ſinu Perſico, & Zeilam à Luſitanis, ſcio: ſed introductam duntaxat. In Japonia tam felices feciſſe progreſſus, ut 4. CCM. Chriſtianor. numeret, ex relationibus habemus.

4. Plut de bono ſtat. relig. l. 2. c 30.

In America quatuor ſunt inprimis regiones quas Hiſpani poſſident, Nova Hiſpania, Caſtilia aurea, ſeu novum regnum, & pars Braſiliæ, quæ ſimul ſumptæ Europam facilè exæquare poſſunt. Inhis, ut & in inſulis, Hiſpaniolam, Cubam, Iamaicam, & Puerto-Rico, intelligo, tantos religio Chriſtiana progreſſus fecit, ut quidam, numerum profeſſorum Latinæ in Europa Eccleſiæ exæquare crediderit, alter † intra paucos ex quo Evangelium terras illas ingreſſum eſt annos, ſeptem milliones, ſeu, ut alii prodidere, quatuordecem, alii.

† *Amond. Ziric. in Chron. A. 1519.*

Chriſto nomina in baptiſmo dediſſe, reliquerit. In regno etiam Mexicano ſinguli ſacerdotes eò miſſi, intra paucos annos centum baptizaſſe dicuntur. In Caroli V. verò hiſtoriis extat, quendam Presbyter. LXXM. alium CCCM. ſacro lavacro tinxiſſe, ſi Surio credimus. Sed quod genus Chriſtianor. quæſo iſtud eſt. & Oviedo & Benzone viris rerum & regionum illar. gnariſſimis teſtibus, vix unus in Cuba ſponte ſua Chriſtianiſmum recepit: nec quicquam hujus inſulæ & novæ Hiſpaniæ incolis præter ſolum nomen relictum. Ita illorum quæ in baptiſmo ſpopondere memioſi ſunt, ut ſolius duntaxat ſibi impoſiti nominis meminerint; imò, & hujus ſæpè obliviſcantur. Reliquæ Americæ regiones, quæ cum illis quæ Hiſpanis parent comparatæ, habent ſe ad illas, tanquam ſex ad unum, Idololatrarum ſedes ſunt. CAP.

Surius Chron. A. C. 1558.

Ovied Hiſt Ind. l. 17 c. 4.

Benzo Hiſt. novi orbis l. 2 c. 19.

CAPUT II.

De partibus orbis, quas Idololatræ possident.

QVantum ad Idololatras, possident hi, ut superius dixi, in Europa regiones, quæ DCCCCC milliaria Anglicana in ambitu habent (falsò ei duplum à chartis Geographicis assignatur) Lappiam nempe, Coreliam, Biarmiam, Scricfinniam, & Septentrionales Finmarchiæ partes, quæ omnes, si simul computantur, sexagesimam Europæ partem exæquant, aut superant, nulla multitudinis ratione habita. Sed & in Lithuan. & Samogitia dispersæ Idololatrar. reliquiæ inveniuntur, quæ tamen vix in numerum veniunt.

Michov. de Sarmat l. 2. c. 3. Bohem. de Morib gēt. l. 3. c. 7. Boter. Rel. p. 3. l. 1. de Lithuan.

In Africa reperiuntur plurimi. Nam sumpto initio à promontorio Blanco, adoram Lybiæ maritimam, Occidentalissima Africæ pars, quæ

est

eſt in 20 gr. latitudinis ſeptentrionalis, & tota ora verſus Auſtrum ad promontorium. Bonæ ſpei & Mozambique, quod è regione inſulæ Madagaſcar jacet, in quindecim gradibus latitudinis Auſtralis, qui tractus mediam Africæ circumferentiam conſtituit, ab Idololatris poſſidetur. In orientali tamen parte à Mozambique verſus promontorium de Corrientes, quod in vigeſimo quarto gradu latitudinis Auſtralis jacet, Turcis; in occidentali, regno nempe Congo, & Septentrionalibus Angolæ partibus, Chriſtianis permiſcentur, ſed multitudine utroſque vincunt. Quod ſi ejuſdem Africæ mediterranea ſpectemus, omnia certè, quæ inter flumen Nilum, & occidentale Æthiopiæ mare à parallelo ſeptentrionali decem graduum ad Auſtralem ſex aut ſeptem porriguntur, & ab hoc tota Æthiopia ver-

verſus Auſtrum in utraque Nili ripa, ab Orientali Æthiopiæ mari ad Occidentem, imò extremum Auſtrale Africæ punctum, quod caput Bonæ ſpei dicimus ab Idololatris occupata ſunt, præter aliquas regni Congo & Angolæ partes, verſus occidentale mare ut diximus, quas etiam chriſtiani inhabitant, & extremum Orientalis maris à Mozambique verſus Septentrionem, quæ Mahumedanis repletæ ſunt. Præter dictas nihilominus regiones, totum regnum Borneo, & bona Nubiæ pars ab ipſis inſidetur, ut interim infinitam veterum Africanorum multitudinem, per quosdam Barbariæ, Biled-elgerid, & Lybiæ deſertæ montes diſperſam, quæ ſuum Paganiſmum fovet, taceam, ita, ut nec his quidem in numerum venientibus, dimidiam Africam Idololazria mancipio ſibi vendicaverit.

Leol. 7. Africæ. Alvar. Hiſt Æthiop. c 30.

Leo Africa l. 1.

Major-

Major tamen Idololatrarum in Aſia quæ Africæ populoſior & amplior, numerus: dimidiatum & ibi, ſi non plus, poſſidere videatur. Nam ſi maritimas partes excutiamus, omne illud quod ſumpto à Pechora flumine initio, orientem verſus ad oceanum, & unde ad meridionaliſimum Indiæ imò Aſiæ punctum, promontorium nempe Cincapuræ, hinc iter occidentem verſus, ſecundùm oram maris Auſtralem, adoſtia Indi fluminis decurrit, totum ſibi Idololatræ vendicant: præter Indiæ inter Indum & Gangem partem, ubi Chriſtianos & Mahumedanos permiſtos ſibi habent, & urbem Malaccam, quæ à Luſitanis, (nunc Hollandis) tenetur, & partem maritimam regni Siam, quam Mauri incolunt. Quamvis verò in mediterraneis multò minor ſit ipſarum numerus: ſita-

si tamen tota Asiæ dimensio expendatur, plus quam semissem obtinere, quod superius dixi animadvertemus. Scilicet, montem Taurum, ex Strabonis & Ptolomæi observationibus, sumpto, in Orientalibus Asiæ partibus in confiniis Lyciæ & Pamphyliæ, è regionibus Cheldoniar. insularum initio, versus Orientem ad Oceanum usque, inter parallelum trigesimi & quadragesimi gradus decurrere, sicque Septentrionalem Asiæ partem ab Australi dividere, scimus. Imaus quoque dum ab Orientali Septentrionalis Oceani littore exortus, per mediam Asiam, versus Austrum decurrens, eundem Meridianum, circa longitudinem nempe 130 graduum servans, & montem Taurum quasi ad rectos angulos secans, Orientalem Asiæ partem ab Occidentali separat, & Asiam in duas non omninò æqua-

Strabo Geogr. l. 2. Ptol. in tab. orbis.

les

les partes dividit, Idololatras quo-
que à Mahumedanis dividit. Quod
si partem illam ad occidentale I-
mai l.^us, quæ à Mahumetanis pos-
sidetur, plus terræ in longitudi-
ne inter orientem & occidentem
possidere dixeris: illam tamen, quæ
ultra Imaum, plus in latitudine
versus Septentrionem & Austrum
obtinere, certum est. Nec ob-
est, quod multi ex alia Imai montis
parte, versus Aquilonem, Mahume-
tani Idololatris & Christanis per-
mixti sint, ut superius diximus.
Plures enim Idololatræ & hac Imai
parte versus Austrum in interioris
Indiæ regnis, quam versus Septen-
trionalem inter Imaum & flumen
Pechora reperiuntur; interque i-
psos medii Kirgesii & aliquot nati-
ones vicinæ. Nec in continenti
duntaxat eas Idololatria vires sum-
psit; pares Insulis, quarum è regio-
ne Chinæ septem mille quadrin-

Paul. Ve-

int l 3. c 8. & 42.

genti quadraginta octo, circa Indiam viginti ſeptem mille numerantur, quæ ſimul ſumptæ, tres quartas Europæas, æquarent, obtinet, paucas illas ſi excipias, quæ ab Hiſpanis & Arabibus tenentur.

In America maximus eſt Idololatrarum numerus. Nam ex ea, quæ continente noſtro ſeu vetere orbe vix inferior haberi poteſt, ſex, de ſeptem partibus, Ethnici ſeu Idololatræ poſſident; ſeptimam, chriſtiani ſub Luſitanis & Caſtilianis in regionibus ſupra dictis, Florida & California, ſub Anglis in Virginia, ſub Gallis in Canada ſibi vendicant.

Thom Teſu de Conv. gent. l. 1. c. 1

Præter has gentes quarum jam meminimus, ſunt adhuc tres, quæ religionem ex prædictis compoſitam habent, in Aſia nempe, Cui di & Druſi, in Europa Morduitæ. Curdi, montana circa Moſal, inter Armeniam & Meſopotamiam incolunt.

colunt. Druſi in Syria, circa Libanum montem habitant. Utrique aliquid de Chriſtianiſmo & Muhamediſmo participant. Morduitæ Tartaris Præcopenſibus & Muſcovitis interjacent. Baptizantur ut Chriſtiani, circumciduntur ut Mahumetani, & adorant idola, ut Ethnici.

CAP. III.

De partibus orbis quas Mahumedani poſſident.

QUatuor ſunt religionum ſeu ſectarum in orbe Terrarum genera. Idololatræ, Mahumedani, Judæi, & Chriſtiani, de his & illis præcedentibus capitibus egimus: jam de Muhamedanis loquemur. Muhamediſmus itaque parum in Europa poſſidet. Regiones enim illæ intra Tanaim & Boryſthenem (Don & Nieper hodie vocantur)

quas Tartaros tenere ſupra diximus, vix vigeſima ſunt Europæ pars. Pagi in 1. Lithuania circa Vilnam, ubi illis exercitium religionis permittitur, non ſunt tanti, ut in rationem veniant In Græciâ verò, Macedonia, Thracia, Bulgaria, Raſcia, Servia, Boſnia, Epiro, maxima parte Hungariæ, aliqua Dalmatiæ, quæ pro decima quarta Europæ parte ſumi poſſunt, quamvis ad gubernacula Turcæ ſedeant, vix tertiam incolarum partem conſtituunt.

1 *Bohem. de morib. gent. l. 3. c. 7. Boter. Relat p 3. l. 1. Miechov. de Sarmat. l. 2. c. 3.*

In Africa nimium Mahamedismo datum eſt. Si maritimam oram ſpectemus, poſſidet primò, omne Oceani Atlantici littus, à promontorio Blanco ad fretum Gibraltar, quod ſpacium MC. milliaribus Anglicis includitur. Eidem littus totum maris mediterranei, à præfato freto ad Ægyptum CCXL. mil-

lia-

ſiarium, ſeptem urbibus quæ Hiſpanis & Luſitanis parent, exceptis, debetur. Ora ſinus Arabici à Sues ad promontorium Guardafui, miliarium MDC unico portu Ercoco, qui Abyſſini eſt dominii excepto; & ultra promontorium, verſus meridiem, omne Æthiopicum maris littus, ad Mozambíque, è regione inſulæ Madagaſcar ſitam, miliarium MDCCC. eodem fœdata eſt: & quod magis, totus hic quem dixi miliarium VIIM. tractus, ſeu dimidia totius Africæ circumferentia, cum maritimis inſulæ Madagaſcar, & pluribus in Oceano Africano inſulis, dominio quoque Turcico ſubjacet. Quin & ultra Mozambiquem, ad promontorium uſque das Corrientes, quod Tropico Capricorni ſubeſt, Idololatris permiſti inveniuntur. Obſervandum tamen, ſecundum Orientalium Africæ orarum longitudi-

dinem, à Suachen ad Mozambique, qui tractus eſt CCC. miliarium, Muhamedanos littora duntaxat tenere, in mediterraneis verò, regna Dangali & Adel, quæ ſeſe mutuò illud intra, hoc extra fretum Babel Mandel tangunt, ſi excipiatur, pedem nondum fixiſſe: imò à regno Adel ut promontorio Guardafu ad Mozambiquen uſque. Idololatris miſceri. Occidentales & Orientales Africæ partes ſi percurras, totus inter mare mediterraneum & magnum fluvium Nigrum, continens, quem Nilus lambit, ad inſulam Meroen uſque, qui in eodem parallelo cum Nigro jacet, Muhamediſmum profitetur. Sed & ultra Nigrum omnia Nigritarum regna, quæ iſte alluit, invaſit; ita ut tota Barbaria, Biled-elgerid, Lybia deſerta, & regionis Nigritarum, ipſi inſerviant. Verbo, ſi quædam maritimæ partes ver-

versus mare Atlanticum à promontorio Blanco versus Austrum, regnis 2. Borno, & pars 3. bona Nubiæ, dispersæque per montana Arabiæ, Biled-elgerid, & Lybiæ deserta loca, 4. reliquiæ, quæ gentilismum adhuc retinent, excipiantur, tota Africa à mediterraneo mari, id est, quatur nonæ Africæ partes, Muhamedanis debentur.

2. *Leo Africanus. lib. 1. Africæ.*
3. *Alvarez. Hist. Æthiop. c. 30.*
4. *Leo Africanus. l. 1.*

In Asia amplexæ sunt inprimis & defendunt Muhamedismum, quatuor potentissimæ nationes, Arabes, nempe, Persæ, Turcæ, & Tartari. In Arabia exclusa & tanquam in spaciosa Cavea (IVM. miliaria Anglicana in circuitu numerat) enutrita est hæc impûra volucris. Eltor duntaxat, exiguo ad intimum sinus Arabici angulum, portu, & Petræ, nunc Krac. in mediterraneis, quidam miscentur Idololatris Christiani; & Monachi,

duo circa montem Sinai poſſident monaſteria. Inde hoc venenum per totius Aſiæ venas, ita diſperſum eſt, ut quamvis nec Septentrionales oras, quas Chriſtiani à Dwyas fluvio ad Pechora, Idololatræ à Pechora ad Oceanum Orientalem inhabitant; nec Orientalem maris tractum, qui à Septentrionaliſſimis Tartariæ, ad 5. auſtraliſſima Indiæ, pauca loca in regno Siam ſi excipias ab Idololatris poſſidetur, attigerit: magnam tamen Aſiæ partem infecerit. Si continentem peragremus, tota maritima verſus Auſtrum, à ſinu Arabico ad fluvium Indum ora, cum regnis Cambejæ, Bengalæ, & quarta parte Malabarum, Muhamedi ſervit. Quicquid ab Occidentalibus terminis, verſus Orientem, ad Imaum montem decurrit, ut flumen Tanais, Pontus Euxinus, Ægeum & mediterraneum mare, id eſt,

5. Barr. Relat p 3. l. 2 de Mar humet.

eſt, dimidia totius Aſiæ longitudo, ejuſdem eſt peculium, 6. Kirgeſſos propè Imaum montem, qui Idololatræ, & Chriſtianos, qui tempore Brocardi, id eſt, ante annos CCCL. tot erant, ut triginta pro uno Muhamedano numerarentur, ſed nunc tam pauci, ut in rationem venire non poſſint, ſi excipias. Ultra Imaum verò montem, in provinciis 7. Peim, Cotam, Lop, & alus, ſoli habitant: in Caſſar, 8. Charcham, Chinchintales, Tanguth, Egrimul, Ceiguth, Tenduc, Idololatris miſcentur, quorum numerus, Idololatrarum & Chriſtianorum numerum, cis Imaum montem, exæquat, ita, ut, niſi me accuratus computus fallit, muhamediſmus novem Aſiæ partes de viginti, ſeu dimidium ferè continentis Aſiæ occupet. Nec minorem in Inſulis invenit gratiam. Nam non tantum bonam 9. Maldiriarum inſularum

6 *Guagnini deſcript. Tartariæ.*

7 *Paulus Venet. l. 1. c. 41. 42. 43.*

8 *Idem l. 1. c. 38. 40. 47. 62. 63. 64*

9. *Viaggio*

(ſeptem mille numerantur) id eſt, inhabitatarum partem infecit ſed & omnes portus Zeilan, (Columbo habent Luſitani) tractum maritimum Sumatræ, Inſulam Sundam, portus Iavæ, Bandæ, Borneo, Gilolo, & aliquas ex inſulis Moluccis, ſibi maneiparit. Cæterum, dum in cauſas ob quas tam longè latèque impia iſta ſecta diffuſa eſt, inquiro, quatuor, præter divinam juſtitiam, peccata Chriſtianorum hoc modo punientem, (illæ primò regiones oppreſſæ ſunt, in quibus Chriſtiana religio maximè rigurt) invenio. Primam, in tot proſpero ductu partes victorias conjicio, victi, ſemper victores religionum ſequi coacti ſunt. Alteram omnium de religione diſputationum, ſub pœna capitis inhibitio ſuggerit. Tertia, ſuppreſſioni ſtudiorum Philoſophiæ, per quam maxima potiorum ſuperſtitionis

de IIn dis Barboſ. apud Ramuſ. vol. 1. p. 313. 318. 319.

Boter. Relat. p. 3. l. 2.

Mu-

Muhamedanæ partium vanitas detegi potuisset, debetur. Eam in universitatibus docere, à quadringentis & ultrà annis prohibitum est, (cum antehàc Cordubæ, Fessæ, Maroeci, Bagdadi, & in aliis urbibus floruerit. Quartam carnalibus voluptatibus fruendi, & plures uxores ducendi licentia suppeditat; cui similium oblectationum in Paradyso promissa accedunt. Magis horum oblectamenta expertos afficiunt, quam spiritualium deliciarum promissa, quæ in spe duntaxat offeruntur, & tales sunt, ut propter eas sensuales volvptates necesse sit derelinquere.

CAPUT IV.

De Iudæis per orbem dispersis.

JAm de quarta in orbe terrarum secta, Judaismo nempe, agemus.

Nullam quidem peculiarem regionem Judæi inhabitant, sed per exteras provincias, dum propter Idololatriam, tum propter Filii Dei contemptum, dispersi, vagantur, ita ut ne Hierosolymis quidem ultra centum Judæorum domus sint, & in solis Palæstinæ urbibus, Tiberiade nempe, quam Amurathes Alvarezio Mendez Judæo donavit, & Staffileri, aliqua ipsorum sit multitudo tamen, cum in quibusdam provinciis sint frequentes, ex nonnullis etiam pulsi fuerint, paucis ipsorum conditionem expendam.

Hoter. Relat p 2. l. 3. de. Giudei.

Primi qui Judæos absque ulla reditus spe ejecere, fuere Angli. Inde sub Eduardo I. Anno MCCXC. pulsi sunt. Anno MCCCVII. ejecit eos ex Gallia Philippus Pulcher: Avignione tamen quidam adhuc habitant. Ex Hispania Anno M. CCCCXCII. Ferdinandus: ex Lusitania.

tuniaANNO MCCCCXCVII. Emanuel, ex regno Neapolitano & Sicilia ANNO MDXXXIX. Carolus V. In Germania, Bohemia, Polonia, Lithuania, Ruſſia, Venetiis, & Romæ plurimos invenies. In Græcia tam ſunt frequentes, ut Conſtantinopoli & Theſſalonicæ, ſexcenties mille Judæi numerentur. Sed & in Aſia, Aleppi nempe, Tripoli, Damaſci, in Rhodo, Perſia, Arabia, & India circa urbem Cranganor; in Africa verò, Alexandriæ, Cairi in Ægypto, Feſſæ, & Tromizna; inprimis autem in mõtibus Senſavæ & Demen, in regno Marocci, ubi frequentes Karæi, quos reliqui Judæi pro hæreticis habent, occurrunt, maximus Judæorum eſt numerus. Sunt & nonnulli qui Tartaros ſeu Scythas, quorum nomen circa annũ C.MCC. orbi innotuit, quique bonam Aſiæ partem ad hunc uſque diem tenent,

Leo Africa l. 2. c 3. 6.

Postell. descript. Syr. & Geneb. Chron. l. 1. Boter. Relat. l. 1. l. 2. Eeuwel. in Pandect. Turcic.

nent, ex progenie Israelitarum seu decem tribuum à Salmanassar in Assyriam deportatorum esse opinantur, idque tùm, quod Tatarorum vel Totarorum, (sic scribi & vocari hos populos debere eruditi volunt) vocabulum, reliquias in lingua Ebræa & Syriaca significet: tum quod circumcisio, vetustissimus Ebraismi character apud ipsos fuerit in usu, tum denique, quod apud Esdram, ex quo tanquam ex fonte hæc opinio hausta est, hæc extent l. 4. 13. v. 41. Ipsi autem sibi ceperunt hoc consilium ut derelinquerent multitudinem gentium profecti in ulteriorem regionem ubi nunquam genus humanum habitavit. Et ibi observarent legitima statuta sua, quæ non observaverant in regione sua. Per introitus autem fluminis Euphratis angustos introierunt. ¶ Fecit enim eis tunc altissimus

signa,

ſigna, ſiſtens venas fluminis uſque dum tranſiviſſent.) Et in eam regionem perventuris fuit via magna, iter anni unius & dimidii: regio autem illa vocatur Harſchareth, &c. Verum enim verò, meri hi ſunt, ut quod res eſt dicam, laborantis phantaſiæ conceptus. Nam, ut priori rationi ſatisfaciamus, non ab Ebræis vel Syris, ſed vel à fluvio Tartaro ut cum Leunclavio quidam obſervavere; vel à regione in qua antiquitus primarii vixere, ut Haytho Armenius notat, nomen ſortiti ſunt. Et quamvis nomen Tatar & Totar in Ebraica & Syriaca lingua, reliquias ſignificet male tamen id Tartaris, qui numerum tranſportatorum longè ſuperant, & ſemiſſem ſe è Aſiæ occupavere, attribueretur. Omnes certe Aſiæ nationes à magnis fluminibus, Volga & Obii, verſus Orientem, à Caſpio mari, Oxus fluvius,

Leunclav. Pand hiſt. Turcica fol. 3. Haythol. de Tartaris c. 16.

us, Indiæ & chinæ regiones, versus Septentrionem, hoc nomine appellantur; nec dicam alios populos qui alibi habitant, & tamen hoc nomine gaudent. Quid si & tot nationum populus, qui amplissimum Americæ continentem inhabitat, ejusdem originis esset? aut vehementer fallor, aut certè verum est. Ex Asia originem ejus accersiri debere, vel exinde patet, quod nec Europæos civilitate artibus mechanicis, vel eruditione; nec Africanos colore referant. In toto illo continente, nullum nigrum invenies, præterquam paucos circa fluvium S. Marthæ, in provincia Quarequa, qui fortè tempestate ex Guinea vel Æthiopia eò delati sunt. Et quia occidentales Americæ partes, quæ Asiam respiciunt, populosiores esse Hispani observaverunt, quam Orientales quæ Europam; quia vix aliquid

quid commune cum Chinenſibus, Indis, Japonibus vel Cathajæ incolis habent, & Tartaros ignorantia literarum & artium, nec non quibusdam Idololatriæ ſingularibus reſipiunt, à Tartaris deſcendiſſe, credibile erit. Et verò, illam Aſiæ partem quam Tartari incolunt, vel iſthmo aliquo cum America jungi, de quo adhuc dubitatur; vel freto aliquo anguſto disjungi, vel noxiæ beſtiæ, Leones nempe, Tigrides, Lupi, vulpes, &c. quas ſine dubio homines ſecum non transportavere, oſtendunt. Cum enim ad arcam Nohe ſuam originem referant, nec per putrefactionem progigni poſſint, & ſi poſſent, neſcio cur tanta cura eas à diluvio conſervare Deus voluerit, neceſſariò eas ex Aſia in Americam vel tranſiiſſe, vel tranaſſe, ſequetur. Et quia nullas in cuba, Jamaica, Hiſpaniola, Burichena, & alias,

& aliis, quæ longè à continenti distant insulis, quod tranare non possent, esse, Hispanorum relatione habemus: verisimile est, ut diximus, vel ihstmo has partes jungi, vel angustissimo freto à se invicem divelli. Nec circumcisio ostendit Tartaros Israelitarum esse reliquas. Circumcisionis enim ritus non nisi cum Muhamedismo ab illis receptus est, ut Micchovius testatur: ideò ab illis Tartaris, qui in Cathaia ultra Imaum montem versus occidentalem Oceanum & in Sarmatia versus Septentrionem ad utramque Obii fluvii ripam habitant, quique Idololatriæ addicti sunt, non servatur. Multæ etiam gentes, quas nemo unquam de Israelitarum progenie esse, vel dixit vel suspicatus est, ritum circumcisionis adhibuere, ut Colchi apud Diodorum; Ægyptii apud Philonem Judæum, & Strabonem: Æthio-

Joseph. Acosta de Natur. Novi Orbis l. 1. c. 21.

Micchov. de Sarmat. lit. c. 5.

Diodo. Siculi l. 1. p. 2.

thiopes apud Herodotum: Troglodytæ apud Strabonem & alios; Phœnices & Arabes apud Cyprianum & Nicephorum; Ægyptii, Edomitæ, Ammonitæ, Moabitæ, & Deserti incolæ, seu Ismaelitæ & Saraceni in Arabia, quos eandem suo adhuc tempore retinuisse Hieronymus, & Epiphanius authores sunt. Quamvis autem quædam ex istis gentibus hunc circumcisionis ritum aliqua ratione ab Israelitis accepisse dici possent, seu ut horum progenies, quod de Ismaele filio Abrahami & Edomitis Esavi posteris sumi debet: Seu ut consanguinei, quod Ammonitæ & Moabitæ tanquam ex fratris progenies sibi vendicare possunt: nescio tamen, quomodo id de tota Arabum & Ægyptiorum natione dici posset, Cum Israelitæ octavum à nativitate diem præcisè observarint; Ægyptii vero decimo quarto anno, prodente

c. 1. Philud. l. de Circumcis. Strabo. l. 16. Herodot. l. 2. Diodor. Sicul. l. 3. c. 32. Cyprian. l. de Circumcis. Nicephl. 18. c. 31. Agathar. chid. de mari rubro c. 49. apud Phot. Hieron. in Ieram. 9. 26. Epiph. Panarch. l. 1. c. 30.

Ambros. l. 2. de Abrahamo c. 12. Sardus de ritib. gent. l. 1. c. 10.

dente Ambroſio, Arabes decimo ſertio, & quidem utrumque ſexum: ut Turcæ octavo, decimo, & decimo quinto circumcidant. Imò apud Anzichos magnam illam gentem, quæ occidentale Nili littus ultra Nubiam inſedit circumcidendi ritus viget. Apud Iucatanos quoque in America olim in uſu fuit, quos Idololatriæ addictos eſſe & fuiſſe ſcimus. Et quorſum multa? Tartaros quoque Idololatras fuiſſe, M. Paulus Venetus, Haitho & alii teſtes ſunt. Nullam certe leges memoriam obtinent: nec Sabbathum, nec alias legis Cerimonias obſervant, ſed patrum ſuorum uxores & ſuas ſorores ducunt; nec ab immundis animalibus, † Equis nempe, canibus, felibus, & cadaveribus abſtinent, ſed eorum ſanguinem potant. Anteceſſorum ſuorum quorum memoriam Iſraelitæ incorruptam ſervabant, nec

Bellon. obſerv. l. 3. c. 28.

Georgevitz. de ritib. Turcar. c. de Circumciſione

Pigaffetta de regno Congo l. 1. c. 5.

Paulus Venetus l. 3 c. 47.

Haitho l. de Tartar. c. 1.

† *Vincent. Spec. Hiſt. l. 32. c. 6.*

Paulus Venet. l. 1. c. 55

Guilelm. de Rubruquis. c. 9.

me-

meminere quidem. Nec literæ, nec lingua, quicquam affinitatis cum Ebræa vel Chaldaica habuere, donec cum Muhamedismo Arabica quoque lingua ad eos pervenisset. Abstinentia à carne suilla in argumentum ventre non porcst. Nam & Ægyptii & Arabes, & Scythæ † ea abstinuere, eademque à modernis Muhamedanis, qui tamē ex Israelitarum posteris non sunt, rejicitur. Quantum ad authoritatem Esdræ, nec illa quæ de decem tribubus scribit, Tartaris conveniunt, nec circumstantiæ historiæ, quamvis convenirent, veritati respondent. Non illa. Dicit enim multitudinem esse pacificam, dereliquisse multitudinem gentium, ut ibi observarent legitima statuta sua. Quomodo verò Tartari pacifici dici possunt, cum armis suis totam Asiam & bonam Europæ partem turbaverint? quomodo statuta Israelitarum

† *Herodot. l. 4.*

† *Sigism. Commen. rer. Moscovitar.*

litarum obſervaſſe, cum Idololatræ fuerim, & leges eorum ignorarint: Non hæ. Nam itineris illius deſcriptio, hiſtoriæ Chronicorum & Regum repugnat, in quibus legimus, Iſraelitas in Aſſyriam transportatos, & in Chalachum, Chaborem, Haram, & Nehargazanem in eum uſque diem abductos fuiſſe. Atqui multi eruditi, † Eſdram authorem Chronicorum putant: quod ſi non eſt, ſaltem decem illas tribus ex Aſſyria nondum migraſſe, cum iſte liber conſcriberetur, apparet, quia ad eum diem in illis locis fuiſſe dicuntur. Illum verò librum poſt captivitatem Babylonicam, id eſt, tempore Eſdræ, fuiſſe ſcriptum, vel hinc patet, quod circa libri ſecundi finem, Cyri Regis & ipſius edicti, de reſtauratione Hieroſolymorum, iiſdem fermè verbis, quibus Eſdras incipit, fiat mentio. Ergo

1. *Chron.* 5. 26.
2. *Reg.* 17. 23.

† *R. David Kimchi, & R. Schelomo ex ſententia ſeniorũ apud Sixt. Senenſ. Biblioth. l.* 1.

Abulenſ. in præf. Paralip. in qu. 5.

go tempore Eſdræ nondum migraverùnt. Sed nec tempore Joſephi. Hic enim tempore ſuo ultra Euphratem, & in innumerabilem multitudinem auctos fuiſſe, ſcribit. Nec tempore Benjaminis Tudelenſis, qui ante D. circiter annos vixit, & bonam orbis tum cogniti partem peragravit.

Joſephus Antiquit. l. 11.

Benjamin. in Itiner. paſſim.

Is enim majorem longè ſe in Aſſyriæ veteris provincias, Judæorum multitudinem, quam alibi, ioveniſſe ſcribit, eoſdemque multas regiones, & civitates, in quarum una CCCM. numerabantur poſſediſſe addit: multa quoque Iſraelitarum millia, ex progenie eorum, qui à Salmanaſſare tranſportati erant, in partibus Mediæ eſſe, excreviſſe, adjicit: imo loca particularia, Rubenis, Gadi, & Manaſſe in uno, Dani, Aſcheris, Zabulonis, & Nephtali in alio exponit. Sed ſit, nec authoritatem Scripturæ,

pturæ, nec experientiam huic fabulæ refellendæ inservire: at ratio hominum Geographiæ non omnino ignarorum, & in rebus civilibus aliquo modo versatorum futilitatē facilè refellere potest Quorsum opus erat venas fluvii Euphratis, ex Assyria aut Media in Tartariam, quæ inter Euphratem & Caspium mare versus Septentrionem jacet, tendentibus, sistere? Et quomodo, quæso Israelitæ, per diversas Assyriaci imperii provincias dispersi, & suis præsidibus subjecti, terras illas derelinquere poterant. Quæ fuisset stultitia, terras in quibus pacifice vivebant derelinquere, & illas adire ubi nunquam genus humanum habitavit? Quòd si eo insaniæ devenire poterant, utiter octo decem mensium ingrederentur, quomodo quæso per feroces & potentissimas Scytharum nationes, quas nec Assyrii,

nec

nec Perſæ ſubjugare poterant, imò poſt ab ipſis ſubjugati ſunt, tanto ſpacio penetrarint? Ineultam tam fuiſſe credibile non eſt, cum & cum Ægyptus do locorum antiquitate certaverint, & palmam reportaverint; & tam frequentes numero fuerint, ut Scythia hominum officina diceretur, ipſique Scythæ ideò Aſiam & Europam inundaſſe ſcribantur. Et ut tandem finem huic diſcurſui faciamus, quis unquam egionis Arſareth meminit! Invenio quidem in fragmentis Beroſi, & Ptolomæi tabulis civitatem Arſarethàm, ad oſtia Araxis, in mare Caſpium ſe exonerantis ſitam, forte ex Iſraeliticis Colonis ad Confinia Aſſyriaci imperii deductis, unam; & facilè fieri poteſt, illam quaſi Gnir, Schaarith aut Hor chaarith, id eſt, urbem vel montem reliquiarum, aut Eretz Schaarith terrarum reliquiarum dictam:

Iuſtin l. 2.

Beroſ l. 3. Ptol. Geog. l. 5. c. 13. & in Tab. 3. Aſiæ.

fabula tamen de octodecim mensiũ itinere, non magis cum hac civitate convenit, quàm regio Arsareth cum Geographia. Ab eodem certè Thalmudico Spiritu, hæc de migratione Israelitarum in terram quam nemo incoluit, historia profecta fuisse videtur, à quo illa, quæ apud eundem authorem, tum de congregatione aquarum in partem septimam terræ, ita ut sex conservatæ fuerint ficcæ; tum de duobus animantibus, Behemoth & Leviathan, quæ septima pars, ubi aqua non erat congregata, non poterat simul capere & quorum illi una pars humida ad inhabitandum data, habentur, profecta est. Quomodo enim poterat mare in septimam terræ partem colligi, cum id dimidiæ ferè terræ parti incumbere, & præstantissimorum Philosophorum opinione, & Nautarum observatione habeamus. Aut quomodo

modo terra tantæ dimensionis, mare tantæ profunditatis, ut notum est, non potuerit Elephantem & Balænam simul recipere? Maximi Indorum Elephanti, (majores terra non fert) habent novem in longitudine cubitos, quinque in latitudine: maximi quos Europa vidit, longè sunt minores. Cete quinquies majorem Ælianus facit. Ordinariè triginta sex cubitos in longitudine, octo in altitudine non excedere, Rondeletius observavit. Non nego tamen posse & L. Cubitorum dari, qualem se Nearchus apud Arrianum, in Oceano Orientali vidisse dicit. Demus verò sexcentorum pedum in longitudine, trecentorum & sexaginta in latitudine esse, quales in sinu Arabico reperiri Juba apud Plinium scribit, qui experientia optimorum nautarum tot pedum profunditatem non habet. Demus etiam qua-

Ælian H A l 12. c 8
Gillius in descript Icaria c 6
Gesn. l. 2. Orig. Antverp
Ælian H A l 16 c 1
Rondelet de Pisc. l 16. c 11.
Arrianus de reb Indic
Plin H N l 32. c. 1.

tuor jugerum, id est, nongentorum sexaginta pedum, in Oceano Indico, ut Plinius prodidit, haberi, quod fabulæ quàm veritati propius est, & solus duntaxat Basilius, qui balænas maximis montibus, tergora ex aquis emergentium insulis, nimis hyperbolicè exæquat, excluditur: non video tamen, quam hæ Balænæ & Elephanti dimensiones, ad ingentem Oceani amplitudinem & profunditatem, proportionem habeant. Maris enim profunditas, ut brevem huic tractatui Philosophicum discursum interseram, aut quindecim est jugerum, seu unius milliaris cum septem octavis, ut Fabianus apud Plinium & Cleomedes prodidere; aut maximorum montium altitudinem, quod antiquitati, teste Plutarcho, creditum, exæquet; aut, quæ mea opinio est, multum eandem excedit Scaligeri & aliorum

Plin H N. l. 9. c. 3.

Basil in Hex. hi. 7.

Plin. H N. l. 2. c. 102. Cleomed. Meteor l. 1. c. 10. Plutarch. in vita Æmilii. Scalig. de Subtil. Exerc. 38. Baccius de Thermis l. 1. c. 4.

Digitized by Google

rum ſententiam de centum paſſuum profunditate, niſi de freto & angustis canalibus ſumatur, experientia Nautarum falſitatis, in Oceano, convincit. Eratoſthenis verò in Theone, de montibus maximis, decem jugerum altitudinem non excedentibus, qualem Dicearchus inſtrumentis Dioptricis, Plinio referente, Pelium in Theſſalia, Xenagoras apud Plutarchum Olympum, in eadem regione, (vtiguntì paſſibus iſte ſuperat) opinio, (Cleomedra & Alhazenum omitto; quorum ille altiſſimis montibus XV jugera adſcribit; Sic non ultra octo milliaria erigi docet) de montibus Græciæ ſumenda eſt, qui cum Alpibus in Europa, Atlante in Africa, Caucaſo in India, Andibus in Peru, nulla ratione comparari poſſunt. Opinionem hanc meam ut declarem, tria præſuppono. Primo, terram in ſuperficie, in prima

Theon in Comment. magnæ conſtruct. Ptolem. l. 1.
Plin. H. N. l. 2. c. 63.
Plutarch. l. 1.
Cleomed. l. 1. Meteor. c. 10.
Alhazen. de Crepuſc. l. 1.

sui formatione, regularem & Sphæricam fuisse: secundo, terram mole sua Oceanum æquare: tertio, irregularitatem terræ exinde ortam, vel quod superficiei aliquid ademptum sit, ut in quibusdam locis cavernosior redderetur, additum in aliis, ut convexior evaderet: aut quod idem ferè est, alibi evectam, alibi depressam esse, ut mari receptus daretur, idque verbo illo, Coeant aquæ in unum locum &c. factum. Quod enim Aquinatem, Dyonisium, & Catharinum attinet, qui hanc aquarum collectionem, non per aliquam terræ mutationem, sed per violentam earundem accumulationem esse factam opinantur, verisimilitudine destitui videtur, tum quod id naturæ aquæ quæ fluida, repugnet; tum quod si fluxus iste supernaturaliter à Deo impediretur, in prima statum naturæ institutione, Deus vim na-

Damascē. l. 2. de Orthod. fide c. 10.

Aquin. Sum. p. 1. q. 69. a. 1. Dyonis & Cathar. in Gen. 1.

naturæ intuliſſe dicendus eſſet; tũ quod ſi res ſe ita haberet, non opùs fuiſſet in diluvio, vel catarractas cœli aperire vel fontes & abyſſos reſerare, ſubtracta illa à qua frenatur potentia, totus mundus diluvio abſorberi potuiſſet. His ita ſuppoſitis, quorum primum ſcripturæ, alterum Nautarum experientiæ, tertium rationi innititur, præmiſſis, videtur in collatione profunditatis maris cum montium altitudine, nos debere montium ſupra communem terræ ſuperficiem altitudinem, cui extraordinaria maris voragines, quæ infra communem fundum ita deſcendunt, ut montes ſupra terram elevantur, conſiderari, ſeu terræ ipſius ſeu aridæ ſupra maris ſuperficiem. Tota enim terræ maſſa, quæ ex aquis tanquam loco, quem jam aquæ poſſident, emerſit, neceſſariò, æqualis loco ex quo deſumpta eſt,

erit, & ſic conſequenter unius elevatio, alterius depreſſioni reſpondere debebit. Et ſic, mea opinione, altitudo ordinarii continentis, excluſis etiam montibus; plus in ampliſſimis continentibus profunditatem aquæ ſuperat, quàm montium altitudo ipſam terram Nam primò, planam iſtam terræ faciem non diſſare æqualiter à centro, ſed decliviorem eſſe verſus mare, accliviorem verſus mediterranea, quamvis oculis aliter appareat, rationi certum eſt. Nam ut illa terræ portio mare tegit, declivior eſt verſus ipſam maris medietatem: (mare ratione ſuæ ſuperficiei æqualiter diſtat à centro, & quo magis à littore diſceſſeris, eò profundius eſſe obſervatum eſt) ſic & illam quæ nuda eſt & ab aquis libera, decliviorem verſus mare eſſe fluminum & aquarum à mediterraneis ad mare defluxus oſtendit. Et

ſive-

ſi verò declivitatem illam definire non poſſum: ſi tamen conveniens & illud eſt in operibus naturæ, quod in operibus artis, quæ naturam imitatur, verum certè illud quod dixierit, videlicet, in magnis continentibus per quos flumina unicis vel duorum millium milliarium ſpacia conficiunt, altitudinem ordinariam moditerraneorum ſupra maris ſuperficiem, majorem eſſe quam montium ſupra terram. Plinius enim in derivatione aquarum, unius cubiti declivitatem; in ducentorum & quadraginta pedum ductu (dicit, unum cubitum in binos Actus: Ætas verò, ut in Columella videtur, eſt CXX. pedum) requirit. Nec obſtat, Vitruvium & Palladium in ducentos pedes, pedem unum in deſcenſu poſcere. Hac namque proportione ſervata, in decurſu per mille milliaria, quæ Danubius, Volga, Indus,

Plin. H. N l. 31. c. 6.

Columella R R l. 5. c. 1. Vitruv. l. 8. c. 7. Pallad R. R. l. 9. tit. 11.

Indus, abſolvunt, quinque milliarium deſcenſus eſſet, perpendiculariter computando, & in decurſu bis mille milliarium, quæ Niger, Nilus, & Amazonum fluvius abſolvunt, decem. Equidem fateor, aquam, cum ſit gravis & liquida, facile, data quali quali inæqualitate deſcendere; ita ut hæc veterum regula, commoditatem potius, ne ſcilicet, aqua, diutina in tubis mota, aliquid vitii, aut aëre deſtituta, diſpoſitionem ad putredinem contraheret, quam neceſſitatem, cum modernis, annotante Philandro, ſuper Vitruvium, una Spithama in ſexcentos pedes ſufficiat, ſpectare: certum tamen, cum deſcenſus fluminum ſit continuus, curſus per longa ſpacia, delapſus præceps & inſanus, differentiam quoque inter fluminum fontes & oſtia, ortum & caſum in mare notabilem eſſe; cui terræ declivitati,

Philand. in Vitr. l. 8. c. 11.

cum

cum maris profunditas respondeat, dicendum quoque est, majorem etiam esse maris profunditatem, quàm quæ à Philosophis ponitur. Nec potest angusti Sardoi maris, quod profundissimum Aristoteles putavit, mille orgyarum à Strabone & Posidonio prodita profunditas, ulla ratione Oceani profunditati derogare. Imò, si hoc tam profundum, quia angustum, quid de Oceano sentiendum est, quod multis locis quinquies spaciosius est: inprimis. Cum experientia dederit, spaciosiorem & ab insulis liberiorem, profundiorem esse.

Aristot. Metro l. 2. c. 1.
Strabo l. 1.

CAPUT V.

De quantitate & proportione partium terræ, in quibus modò dictæ religiones vigent.

SI ex præcedente illoque longiore discursu colligenda sit summa,

ma, & ponenda proportio terræ quam unaquæque harum religionum ratione alterius occupat, præsuppositoEuropam, Africam, Asiam & Americam, habere se invicem tanquam unum, tria, quatuor, septem; & religionum harum professores, ea proportione diversas terræ partes tenere qua diximus; inveniemus, Christianos possidere terræ habitatæ partem circiter sextam, Muhamedanos quintam, (errant † qui dimidium orbis terrarum occupasse scribunt) Idololatras duas tertias. Quod si notum orbem in triginta æquales partes diviserimus, Christianorum pars habebit se tanquam quinque Muhamedanorum tanquam sex, Idololatrarum ut novendecem. Dispersos per Africam & Asiam Christianos, non traho ad numerum, tum quòd exiguus sit ipsorum numerus, si cum Muhamedanis & idolo-

† *Postell. in præf. Gram. Arab. Rudovic. Reg. de vicissit. rer. l. 8. in fine.*

idolo-

dololatris illarum partium, sub quorum dominio gemunt, conferantur; tum quod plurimi Muhamedani inter Christianos in Europa inveniantur, quos etiam in rationem venire nolut. Et hæc quidem est Christianorum ad Muhamedanos & idololatras, tam in nostro versus ortum continente, quam in illo versus occidentem, qui America vocatur, proportio, nec insulis quidem exceptis: sed si continens Australis seu Antarcticus ejusmodi est, prout ego suppono, amplitudinis, ut nostro continenti respondeat, necessariò sequetur Idololatras reliquas religiones, infinitis modis superare. Ab Idololatris namque illas partes incoli, patet evidenter, tum quòd in regionibus Beach ex adverso Javæ jacentibus tales sint; tum quod in vicinis Australi terris, in Asiæ nempe insulis, cum promontorium Bo-

næ

næ ſpei, & in America circa fretum Magellanicum, illi continenti proximum, ejusdem ſortis incolas eſſe ſciamus. Quamvis verò ea Auſtralis continentis amplitudo, vel inde tantum demonſtrari poſſit, quòd, quantum ad latitudinem, alicubi ad ipſum æquatorem accedat, quoad longitudinem autem continuo circuitu circa terram decurrat, & reliquis continentibus objiciatur; ſunt tamen majoris momenti rationes, quæ, rem ſe ita habere, perſuadent. Notum ſcilicet eſt, terram continentium quæ ultra æquatorem verſus Septentrionem jacent quarter amplorem eſſe illa, quæ ad Auſtrum vergit: Cum itaque ex Archimedis regula certum ſit, ſuperficiem maris æqualiter à centro aquæ diſtare, & propter hanc æqualitatem æquoris & aquæ nomen apud Grammaticos obtinuiſſe; cum ex Philoſophorum regula

Archimed. de inſident. aqua l. 1. propoſ. 2. Varro L.L. l. 6. Iſidor. Orig l. 3 c. 28.

ſcia-

ſciamus, terram æqualis ex utraque parte centri ponderis eſſe: cum denique conſtet, unum aquæ & terræ eſſe centrum: neceſſariò etiam ſequetur, eadem proportione & menſura terram extra aquæ ſuperficiem emergere in Auſtrali parte debere, quâ in Septentrionali emergit, & per conſequens, quod deeſt in Auſtralibus duarum illarum continentium partibus ad ſervandum illis quæ ad Septentrionem vergunt æquilibrium, quod ad tres quintas utriuſque reduci poteſt, in Auſtrali continenti reponendum eſſe, ut omittam totum illum tractum qui Arctico polo circumjacet, ultra Scythicum ſeu Sarmaticum mare, cui etiam in Antarctica æquivalens conſtitui debet. Nec video quid in contrarium objici poſſit, niſi fortè aliquis imaginetur, vel Oceanum ultra æquatorem verſus Auſtrum vadoſum eſſe, quod

navi-

gantium experientiæ repugnat; aut quod terra iſtius continentis, altius caput ſuum ex mari extulerit, quàm duarum illarum, & ſic per ſit ratione molis non ratione circuitus; aut quod terra ultra æquatorem verſus Auſtrum ponderoſior ſit illa, quæ ad Septentrionem jacet, quod nulla ratione oſtendi poteſt. Auſim itaque concludere continentem Auſtralem, longè majorem eſſe quam hactenus à quoquam in tabellis Geographicis expreſſus fuit. Et hic eſt modernus Chriſtianitatis ſtatus, hæc ad alias religiones proportio. Jam de diverſis Chriſtianorum in orbe ſectis agemus, earumque ſpeciales characteres quibus à ſe invicem differunt explicabimus.

CAP.

CAPUT VI.

De Sectis Græcorum.

SEctarum inter Christianos Orientales, quæ alicujus sunt nominis, numerantur undecem, Græcorum nempe, Melchitarum seu Syrorum, Georgianorum Moscovitarum seu Russorum, Nestorianorum, Indorum seu Christianorum S. Thomæ, Jacobitarum, Cophtitarum, Armeniorum, Abyssinorum & Maronitarum.

Ex his undecem, tres sunt præcipuæ, Græcorum, Jacobitarum, & Nestorianorum, à quibus reliquæ vel maxima ex parte dependent, vel minima abeunt. Græci subjecti sunt Patriarchæ Constantinopolitano cujus jurisdictioni, in Asia quidem, Christiani qui Natoliam (Armeniam minorem & Ciliciam excipe) Circassiam, Mengreliam, Russiam; in Europa, qui Græciam,

Bellon. Obser. l. 2. c. 35.

ciam, Macedoniam, Epirum, Thraciam, Bulgariam, Rasciam, Serviam, Bosniam, Valacchiam, Podaliam, Moscoviam, nec non omnes Ægæi maris, & alias Græciam cingentes insulas, ad Corsicam usque incolunt; non exclusis illis, qui bonam Poloniæ partem, nec non Dalmatiæ & Croatiæ portiones Turcico imperio subjectas, occuparunt, subsunt. Occasiones tam vastæ jurisdictionis aliquot invenio. Nam Prima, quod ex primæva constitutione eaque à Concilio Chalcedonensi confirmata, subjectæ sint ei tanquam novæ Romæ Episcopo, omnes Thraciæ & Anatoliæ provinciæ Isauria & Cilicia, quæ Patriarchæ Antiocheno debebantur, exceptis, illæque viginti quinque Alteram submissionem Græcorũ spontaneam postquam ab Ecclesia Latina discessissent, conjici potest. Tum enim non

Concil. Chalced. c. 28.

non tantum Græcia, Macedonia, Epirus, Candia, & quædam circa Græciam insulæ, (septem omnes provincias faciunt) ejus jurisdictioni cessere; sed & Siciliam cum Calabria, per sat longum tempus eandem agnovisse, tum ex Novella Leonis Sophi, in qua de ordine & prædecentia Metropolitanorum ad istum Patriarchatum pertinentium agitur; tum ex constitutione Andronici Palæologi, Curopalatæ, in qua Metropolitani Syracusarum, Catanæ, Rhegii, Severianæ, Rosiæ, Hydrunti, inter Metropolitanos hujus jurisdictionis reponuntur. Tertia Septentrionalium regionum à Thracia ad Russiam & Scythicum Oceanum, ad Christianam religionem conversioni, quæ per Constantinopolitani Patriarchæ suffraganeos & administros procurata est, quod & Romani Episcopi in occidente fines protulit debetur.

Novell. Leon. de ordine Metropol. in L. 2 tom 1. juris Orient. Curopal de offic. Palat Constantin.

Cramer. descript. Paton L. 1. Heidelsteim. de bello Moscov. L. Guagnin. de Script. Moscov. c. 2.

Quar-

Quartam, in Occidentalium quarundam regionum, quarum Ecclesiæ, Romano Pontifici subserant, occupationem, conjicio. Cum enim bona pars sacerdotum metu Turcarum Ecclesias deseruisset, & Patriarcha Constantinopolitanus novos substituisset, factum est, ut pedetentim Græcæ religioni assuescerent. Præcipui & proprii hujus religionis Characteres (minimas, vel in ipsis cerimonis differentias describere tædiosum, & absque usu foret) collatione cum Ecclesia Romana facta, sunt isti.

1. Credunt Spiritum S. à solo Patre procedere.

1. *Concil. Florent. sess* 18. *Item. Patrum in Responso* 1. *ad Germ.* c. 1.

2. Nullum dari purgatorium.

3. Sacramentum Eucharistiæ sub utraque specie esse administrandum.

4. Per-

2. *Concil. Florent. Respons. Græcor. ad Cardin. Guisan quæst.* 9. 3. *Respons. Græc.* 2 3.

4. Fermentatum panem in eo adhibendum, nec posse effectualiter in azymo consecrari.

5. Rejiciunt extremam unctionem.

6. Sed & Confirmationem.

7. Negant Sanctorum animas ante diem judicii beatifica Dei visione frui, aut impiorum in inferno torqueri.

8. Admittunt matrimonium sacerdotum, non quod liceat post ordinationem uxores, sed quod ante ordinationem ductas liceat retinere.

9. Matrimonium quartum tanquam rem intolerabilem omnino prohibent, adeò ut quosdam Imperatores à Patriarchis ideò excõmunicatos legamus, etiam eos qui in triplici conjugio nullam suscep-erant prolem.

10. Religiosum statuarum usum rejiciunt, sed imagines pictas in tẽplis admittunt. 11. Di-

4. *Ierem. Resp. ad c. 10. & 21.* 5. *Possevin. de reb. Moscov. p. 43.* 6. *Idem l. c. p. 40.* 7. *Ier. Resp. c. 22.* 8. *Tom. Version inter Novel. Cæsiani Porphyrogenit. Tom. juris Orient. l. 2. Zonar. Annal. Tom 3 in Imp. Leone Phil.* 9. *Responsi. Græcor. ad Gustan. qu. 8. Possev. de reb. Moscov. p. 44.* 10. *Possev. l. c. p. 41.*

11. Diem Sabbathi pro feriato habent, carnes in eo manducant, jejunium verò prohibent, eum qui festum Paschatos proximè antecedit, si excesseris.

12. Possev. Lc. p. 42.

12. Jejunium quatuor temporum observant.

13. Nilus deprimatu papæ, Barlaam de primatu Papæ & alii.

13. A suffocato & sanguine abstinent.

14. Possev. de Reb. Moscov. p. 38. & Sigebert in Chron. ad A. 1504. Leonis IX Epistola ad Episc. Constantinop. & Æridan.

14. Primatum Episcopi Romani non agnoscunt, Ecclesiam verò Latinam pro schismatica, per hos quingentos annos, ut ex Sigeberto & Leonis IX. Epistolis videre est, habuere & adhuc habent, eandemque à communione excludunt. Qui plures Ecclesiæ Græcæ à Romana differentias nosse cupit, is Possevinum de rebus Moscoviæ consulat.

CA-

CAPUT VII.

De Syris ſeu Melchitis.

SYrorum ſeu Melchitarum ſecta, numeroſiſſima in toto Oriente, ſi Botero fides, eſſe putatur Syrorum ipſis nomen, Tyrus civitas, Phœniciâ linguâ Tzur dicta, dedit. Sarram antiquitus vocatam Gellius author eſt. Locum ubi ſtetit (ante trecentos annos deleta eſt) Portum Sur nunc appellari, apud Vitriacum, Poſtellum & Nigrum legimus. Nomen hoc, vel quod in petra ædificata fuerit, ut Burchardus oculatus teſtis prodidit; id enim Tzur Phœniciâ linguâ ſignificat; aut quod anguſto nimis loco, ut Hieronymo placet (novendecim milliaria inſulam in circuitu habuiſſe, Plinius autor eſt) ſita fuerit; aut quòd munitiſſima illarum regionum, tam natura, quia mari cincta (ante Alexandri tem-

Boter. Relat. p. 3. l. 2. Gellius l. 14. c. 1. Feſtus in dict. Sarra. Strabo l. 16 Vitriac. Hiſt. Or. c. 43 Nigr. in Comm. 4 Aſia. Poſtell. in deſcript. Syriæ p. 50. Burchard. deſcript. terræ ſanctæ Hieron. in l. de Nominib. Ebraic. Plin. l. 5. c. 19.

tẽpora ſeptingentis paſſibus à continente diſtabat) quàm arte, eademque populoſiſſima, quamquam Phœniciæ Metropolis & opulentiſſima crederetur, ſortita fuiſſe videtur. Melchitæ dicuntur, quòd in religione ſua exempla & decreta Imperatorum ſequantur. Cum enim poſt Concilium Chalcedonenſe, quod Euthychis & Dioſcori opinionem de una in Chriſto natura damnavit, tam multi à partibus iſtorum ſtarent, ut Leo & aliquot ipſius ſucceſſores, ſubſcriptiones concilii hujus ab Epiſcopis repoſcere cogerentur, factum eſt, ut illi qui decreta Imperator. ſecuti, concilium amplecterentur, à ſuis adverſariis Melchitæ, ſeu Melchi ut Nicephorus ait, vel potius Malca, quod Regem ſignificat, vocarentur, ipſis, in duodecem primò, mox plures ſectas, ut Nicephorus refert, ſciſſis. Etſi verò Syri iſti ſeu Mel-

Niceph. Hiſt. Eccl. l.18 c.52.

Nicph.l. 18.c.45.

Melchitæ religionem Græcorum in totum ſequantur, † iisque communicent: non ſunt tamen ſub jurisdictione Patrarchæ Conſtantinopolitani, ſed Archi-Epiſcopi Damaſceni, qui Patriarchæ Antiocheni titulum gerit. Quia enim Antiochia, ſub nomine θεοπόλεως diu nota, ubi Chriſtianorum nomẽ primum exortum eſt, nunc temporis in ruinis, & in multos pagos, quorum unus ſexaginta domos cũ unico Chriſtianorum templo habet, abiit, ſedes Patriarchalis, † Damaſcum, ubi mille † Chriſtianorum domus, translata eſt, ibidemq; nunc manet. Quamvis verò Patriarcha Maronitarum & Jacobitarum, † quorum ille in Libano, hic in Meſopotamia reſidet, Patriarcharum Antiochenorum, titulum gerant, & pro talibus à ſuæ ſectæ Chriſtianis habeantur: Melchitæ tamen, qui antiquam Syrorum religio-

† *Villamont en Voyage l. 2. c. 22. Viriac l. c. Salignac. Itiner. l. 8. c. 2.*

† *Bellon. Obſerv. l. c. Chiver. de ſtatu Eccl. p. 5. Boter. Rel. p. 3. l. 2. Cruſ. Turcogrec. l. 4. p. 291.*

† *Boter. l. c.*

† *Boter. Relat. p. 3. l. c.*

ligionem retinent, eos pro Schismaticis habent, quasi à communione veri Patriarchæ secesserint. Quin & Pontifex Romanus quartum designare solet. Nam quia, & per LXX. illos, quibus Latini Constantinopolitanum imperium quod Annum MCC. invaserunt, & per LXXX. illos quibus Principes Occidentales Palæstinam tenebant annos, Patriarchæ Constantinopolitani, Antiocheni, & Hierosolymitani à Papa consecrabantur: ideò & post illa, Ecclesia Romana, successores, Patriarchas Constantinopoleos titulares creare solet.

CAPUT VIII.

De Georgianis, Circassiis, & Mengrelis.

GEorgiani incolunt terras inter Pontum Euxinum & mare Caspium jacentes, quæ olim nomine

mine Iberiæ veniebant. Claudun-
tur ab Oriente Media, Schervan,
ab Occidente Meogrelia ſeu Col-
chide, ab Auſtro Turcomania ſeu
Armenia majore, à Septentrione
Albania, quæ & Zuiria dicitur. Pu-
tantur vulgo nomen à S. Georgio,
quem Patronum agnoſcunt, & cu-
jus imaginem in vexillis gerunt ſor-
titos, ſed quia Georgianorum in
his partibus in Mela quoque & Pli-
nio fit mentio, falſam eam opinio-
nem eſſe judico. Religionem
quod attinet, eadem in ſubſtantia
& Cerimoniis cum Græca eſt. Non
ſubſunt tamen Conſtantinopolita-
no, ſed proprium Metropolitam,
cui XVIII. Epiſcopi parent, quique
in Monaſterio S. Catharinæ in
monte Sinai habitat, habent. Men-
grelii & Circaſſii, Colchi & Zychi
olim, qui inter Georgianos & Ta-
nain ad littora paludis Mæotis &
Ponti Euxini ſedent, Græcæ qui-

Volaterr. l. 11. c. de reb. Syria. Praetol. de reb. haret. in verbo Georgiani. Mela. l. 1. c. 2. Plin. l. 6 c. 13. Paul. Ven. l. 1. c. 14. Chytræus de ſtatu Eccl. p. 23. & 50.

dem ſunt religionis, & † Conſtantinopolitano, quia à Cyrillo & Methodio ejus legatis, ad Chriſtianiſmum ſunt ‡ converſi, ſubſunt; ſed eam multis phantaſmatibus depravarunt. Nam nec infantes ante octavum annum baptizant: nec ante XL. vel LX. id eſt, illam ætatem qua ad rapinas inepti redduntur, Nobiles inprimis, templa ingrediuntur, ſed Liturgiam foris audiunt. Sic juventutem per furta tranſigunt, ſenectutem devotioni conſecrant.

† *Belon. Obſ l 1. c. 35. Miechov. de Sarmat. l. 1 c. 7.*

‡ *Interiano della vita de Zychi c. 1. Anan. Faur 2. del mondo tract. 2. Bozar p. 3. l. 2. Zonar. Annal. l 3. Cromer. de reb. Polon. l. 3 1. Joh. Metrop. Ruſſ. Imag. ad Epiſcop Rom Guagr. de ſcript. Moſcov. c. 2. Sacran. de*

CAPUT IX.

De Moſcovitis & Ruſſis.

MOſcovitæ & Ruſſi, ex quo opera Græcorum Chriſtianiſmo nomen dederunt, ‖ Græcæ ſemper erant communionis & religionis.

I. Negant Spiritum S. à filio procedere.

II. Reji-

II. Rejiciunt purgatorium, ſed pro mortuis orant.

III. Sanctos ante reſurrectionem, Dei viſione frui, non credunt.

IV. In Sacramento Euchariſtiæ pane fermentato, & aqua calida cum vino miſta, utuntur.

V. Communicant ſub utraque ſpecie.

VI. Panem cum vino & aqua in calice miſcent, & Cochleari utrumque diſtribuunt.

VII. Pueros ſeptem annorum, utpote contra Deum peccare incipientes, ad communionem admittunt.

VIII. Confirmationem Epiſcopi omittunt.

IX. Speciatim extremæ unctionis gratiam negant.

X. Quartum conjugium tanquam illegitimum rejiciunt; ſecundum permittunt quidem in totum

errorib. Ruthen. c. 2.
2. Sacram. l. c. Scarga lib. c 2.
3. Scarga l. c. Guagnin l. c.
4. Joh. Mirop. Ruſſ. l. c. Guagn. l. c.
5. Sigiſm. de Rob. Moſcovit. p. 40.
6. Guagn. l. c.
7. Guagn. l. c.
8. Joh. Mirop Ruſſiæ Sacran. l. 4
9. Sacram. l. c.
10. Sigiſm. l. c p. 47. Poſſev. de reb Moſcovit. cap. 2.

tamen non approbant; tertium, nisi urgentissimis de causis, non tolerant.

11. *Sacran l. c.* XI. Divortia propter causas leviculas admittunt.

12. *Sigism. l. c. p. 28. Sturga de mor. Asiorum l. 1. c. 2.* XII. Nec Diaconos, nec sacerdotes nisi uxoratos ad ordines promovent, sed ordinatis ducere uxores non permittunt.

13. *Possev. l. c. p. 44.* XIII. Imagines sculptas detestantur, pictas admittunt.

14. *Joh. Metrop. l. c. p. 31.* XIV. Jejunare die Sabbathi non concedunt.

15. *Possev. l. c. p. 42.* XV. Nec vel de sanguine, vel de suffocato manducant.

16. *Guagnin l. c.* XVI. Quatuor in anno jejunia observant.

17. *Sigism. l. c. p. 33. Boter. Rel. p. 3. l. 1.* XVII. Cum Ecclesia Rom. non communicant. Verbo conveniunt in omnibus cum Græcis, distributionem Eucharistiæ & exactionem conjugii à Presbyteris & Diaconis si exceperis. Et sanè, communionem cum Græcis serva-

re,

re, eorundem Patriarchæ ſubfuiſſe, dubitari non debet. Archi-Epiſcopus Moſcovitarum à Conſtantinopolitano Patriarcha † olim confirmabatur, jam ab LXXX. præter propter annis, ab Imperatore Ruſſiæ nominatur, & à tribus vel duobus ſuis Suffraganeis conſecratur, nec plures in tam amplo doctinio Epiſcopi, quam undecim numerantur. Qui in Ruſſia Nigra, ſeu ut alii volunt Rubra & Podolia, ſub Imperio Regis Poloniæ habitant: (quæ Magno Duci patent alba dicitur) Pontifici quidem Romano, A. M. D XCIV. ſe ſubmiſere; ſalva tamen religione Græca & ritibus, ut ex Articulis, quæ apud Thomam à Jeſu de converſione gentium l. 6. p. 3. c. 1. p. 328. patet, ut non tam à religione Græca defeciſſe, quàm juriſdictionem Conſtantinopolitani Patriarchæ excuſſiſſe dicendi ſint. Quin Vil-

† *Poſſevin. Rerum Moſcovit. Comm. in Ap.*

Bzov. T. 16. Annal. ex fine Poſſevi. in Appar. ſac. tit. Ruthenia.

Sigiſm. p. 27.

næ, ſi Sigismundo Herberſteinio fides habenda, pluratempla, quàm ipſi Pontificiũ, triginta nimirum, numerant, ut vel inde colligere liceat, Romanam religionem à Græca vinci profeſſorum numero, Indiam Orientalem & Occidentalem, in qua illa quoque viget, ſi exceperis.

CAPUT X.

De Neſtoriis.

NEſtorianis, à Neſtorio, cujus & hæreſin propugnant, & inſtituta ſequuntur, impoſitum nomen eſt. Maximam Orientis partem occupant, Muhamedanis & Paganis immiſti. Taceo Babylonem, Meſopotaniam, Aſſyriam, Parthiam, Mediam, in plærisque Cathajæ provinciis, nempe Caſſar, Samarchan, Carchan, Chinchintales, Tanguth, Succuir, Ergimaul, Tendu, Carajam, Mangi, &c.

Guilhelm. de Rubr. in itinerario Tartar. paſſim. Paulus Ven. in ſuis libris paſſim.

&c. reperiri, eosque ex Christianis solos, Marcus Paulus Venetus author est: solos, ultra Tigrin fluvium Orientem versus, Lusitanos novos conversos, & Armenios, qui in Persiam migravere, si exceperis, experientia testatur. Causam, quòd tam longè latèque hæc hæresis sparsa fuerit, in Cosrhoen Regem Persarum conjicio, qui prodente Paulo Diacono, odio Heraclii Imperatoris, omnes sibi subditos Christianos ad Nestorianismum adegit, nec quenquam Catholicorum sub suo imperio degere passus est. Hinc factum, ut disseminato versus Orientem, Septentrionem & Meridiem, Christianæ religionis tritico, hæ quoque paleæ simul disseminarentur: nec poterat laboranti in illis terris Christianismo succurri, quod Saraceni occupatam paulò post Persiam, Muhamedismo fœdassent. Regi-

Paul. Diacon. Hist. Misc. lib.

men apud ipsos Ecclesiasticos quod spectat, Patriarcha, cui omnes illæ Orientis partes subsunt (numerum Suffraganeorum, Episcoporum, & Metropolitanorum apud Sanderum de visibili Monarchia vide) quicunque, testibus Paulo Venetò, & Brocardo, Jacelich vocant, quod Leunclavius ex nomine Catholici detortum dicit, nisi forte Orientales aliter pronuncient, interdum in Civitate Mosal, ad Tigrin in Mesopotamia sita, interdum in S. Hermetis monasterio, non longè inde distante residet, in qua civitate Jacobitæ quidem tria, Nestoriani verò xv. templa & XL M. sequacium numerant. Hanc ego cum Masio & Ortelio putarem, vel veterem Seleuciam, seu ut apud Plinium legitur, Seleuciam Parthorum esse, tum quòd Strabo hanc metropolim Assyriæ nominet, quo titulo hodie & † Mo-

Sander. l. 7 Venet. l. 1 c. 23. Brocard. Descript. terræ sanctæ Leunel. Pandect. Turc. f. 3. Thom. à Jesu l. 7. p. 3. c. 9. Idem l. 7 p. 1. c. 4. Miræus in Notitia Episcopat. Orbis. Plin. H. N. l. 5. c. 25. Strabo Geograph. l. 16.

† *Guilelm.*

Mosal gaudet; tum quod Nicæni † Patres Ecclesiasticam harum partium jurisdictionem Seleuciæ Episcopo commiserint, eidemque cum nomine Catholici, locum ab Hierosolymitano proximum assignarint, quæ omnia moderatus sibi vendicat. Quod si Seleucia in ruinis suis jacere putanda est, quod propter certas rationes mihi probabilius videtur; sedem tamen Patriarcharum ex Seleucia in urbem Mosal translatam esse, certum erit. Nec enim Bagdadum seu novam Babylonem; Seleuciam veterem esse, quod Scaligero placet, credo. Certè Seleuciam Strabo trecentis stadiis à Babylone distasse prodit, septem & triginta milliaria Plinius, cum Bagdadum ruinis Babylonis sit proximum. Ptolomæus etiam duabus tertiis unius gradus Septentrionaliorem Babylone ponit, cum Bagdad sit meridionalior; ut taceam

Tyrius de bello sacro l.21.c.8.

† *Concil. Nicæn. Arabic. t.3.p. 331. & 341*

Scalig. ad Chronol. Euseb.

Strabo Geogr. l.16.

Plin. H. N. l.6.c.26.

Ptolom. Geograph. l.6.c.18. & 20.

Dion Hist. l.40.

Plin. H.N. l.6.c.26. *Boter. Relat p.3.l.2.* *Thom. à Iesu l.7.p.1 c.3. & 4.*

am, civitatem Mesopotamiæ Seleuciam à Dione vocari, cum Bagdad in provincia sit Babylonia, infra confluentem Tigridis & Euphratis sitam. Ut ut sit, in diversa abiviſſe tempore Julii III. Pontificis; necdum hodie coaluiſſe, ex relationibus fides habenda, dicuntur. Nam qui Septentrionales Mesopotamiæ tractus circa urbem Caramit incolunt, Patriarcham à Pontifice Romano sub titulo Patriarchæ Seleuciæ constitutum, recepere, & hodie adhuc Sedi Romanæ obedientiam exhibere ferunt: Articulos ipsorum fidei quod spectat.

Virinc. Hist. Orc. 3.

I. In Christo duas esse personas, ut duas naturas: eundem tamen ab instanti conceptionis, perfectum Deum & perfectum hominem esse, credunt.

Boter. Relat p.3.l.2.

II. Sanctissimam virginem Mariam non debere vocari θεοτόκον: posse

posse tamen vocari matrem Dei filii, dicunt.

III. Et Nestorium, qui in tertio & quarto generali concilio hæreseos damnatus est, & Diodorum Tarsensem cum Theodoro Mopsvestæno, propter Nestorianismum à quinto Concilio damnatos, pro sanctis viris habent. Ideò tertium Concilium generale seu Ephesinum, & omnia alia illud insecuta, rejiciunt, & Cyrillum Alexandrinum detestantur. *Boter. l. c.*

IV. Sacramentum Eucharistiæ impane fermentato celebrant.

V. Communicant sub traque.

VI. Auricularem confessionem non adhibent.

VII. Nec Confirmationem.

VIII. Contrahunt matrimonium in secundo consanguinitatis gradu.

IX. Sacerdotibus uxorium etiam conjugium permittunt.

[illegible] *Orlic.* 7. *Villamont. Voyag. l. 2. c. 23. Sulek Nestorian. Profess. 78. 4. Biblioth. Patrum p. 1054. Guilelm. de Rubruq. qualiter. Tartar. c. 17.*

X. Non

Thomas à Jesu l. 2.

X. Non habent Crucifixi imaginem in suis crucibus.

CAPUT XI.

De Christianis Indis.

CHristiani Indi, quos communiter Christianos *S.* Thomæ quòd ab eo ad Christianam religionem conversi credantur, (corpus ejus Maliaporæ in tractu Coromandel sepultum adhuc haberi censent) in vicinioribus Indiæ partibus circa magnum illud promontorium, quod ab Indi & Gangis fluminum ostiis versus meridiem latera sua exporrigit ad mille ferè Anglica milliaria, donec capiti Comori occurrat, & cum eodem, inter Cambajam & Bengalam, triangulum aquilaterum faciat, in meridionalibus inquam ego illius magni promontorii partibus, in vicinia capitis Comor circa civita-

tes

tes Coulan & Cranganor, ſi occidentem ſpectes, & Maliapar ac Negapatan, ſi Orientem, habitant, & ſi Luſitanis fides eſt, ex XV aut XVIM. familiarum, ſeu ut alii computant † LXXM. hominum conſtant; partibus circa † Augamalem urbem, à civitate Coelun quindecem militaribus Anglicis verſus Septentrionem diſtante, ubi magna ipſorum frequentia, in rationem non venien[illegible]as. Regimen Eccleſiaſticum ſi attendas, Archi-Epiſcopus ipſorũ Patriarchæ Moſalenſi, ſub nomine Patriarchæ Babylonici, quo titulo adhuc apud Indos gaudet, ante XLV. & ultra annos ſuberat. ut certè jurisdictionem in eos Abil Iſu Patriarcha Moſalenſis Anno M. D. LXII. ſibi vendicabat, ut Sanderus prodidit: poſtea à Luſitanis perſuaſi nomen Pontifici Romano, ſed nulla in ritibus & religione mutatione, permut-

Summar de popolo Orient apud Ramuſ. volu. 1. p. 332

Barboſa eod. volũ. f. 312.

† *Beter. Relat. p. 3. l. 2.*

† *Thomas à Ieſu de Converſ. gent. l. 7. p. 1. c. 4.*

Sander. Viſibil Monarch. l. 7.

ut-

Possevin. in apparatu sacro.

mittente id in Synodo Goana Pontifice, facta, dedere: tandem An. M. D. XCIX. in Synodo, Diamperæ non longè à Maliapar celebrata, religionem quoque Romanam recepere, Nestorianismoque & Patriarchæ Mosalensi, subjectis censuræ Archi-Episcopi Goani omnibus libris, & ejectis è Liturgia quæ Nestorianismum sapiebant, prout in Bibliotheca veterum Patrum noviter edita, videre est, repudium misere. Quantum ad ipsorum religionem.

Biblioth. veter. Patr. Tom. 2. in fine.

Osor. de reb. Emman. l. 3. Barbosa apud Ramus. vol. 1. f. 313. Navigat. Josephi Indi in Navigat. novi orbis p. 534

I. Distribuunt Eucharistiam sub utraque specie.

II. Utuntur in ea pane sblito, & loco vini, quod nullum in India, uvarum passarum in aqua per noctem maceratarum, & expressarum succo.

III. Non baptizant infantes ante quadragesimum diem, nisi periculum mortis interveniat.

IV. Non

IV. Non adhibent extremam unctionem. *Idem ibid.*

V. Sacerdotes habent uxoratos, sed excluduntur à secundo matrimonio. *Possev. l. c.*

VI. Non habent in templis imagines, sola cruce contenti. *Iosaph. citat. c. 13.*

VIII. Detestantur Cyrillum Alexandrinum, Nestorianorum malleum: Nestorium verò & Dioscorum ut Possevinus scribit, (Diodorum fortè volebat dicere, Dioscorus enim unam duntaxat naturam in una persona agnoscebat, cùm Nestorius duas personas in duabus naturis crederet) pro sanctis habent. *Possev. l. c.*

VIII. Primatum Pontifici Romano denegant. *Possev. l. c.*

IX. Novum Testamentum quod in Syriaca lingua in templis legunt, eos corrupisse, ne patrocinio suæ hæreseos destituerentur, Possevinus, sed falsò, prodidit. Sanè eadem *Widmanstad. præf. Testam. Syriaci.*

dem illæ corruptelæ, quas ad vulgatam editionem exactas, ipsis objicit, in nostris quoque Syriacis exemplaribus, reperiuntur, quæ ad autographum ex Mesopotamia in Europam à Patriarcha Jacobitarum missum, à Mose Mardeno excusa sunt. Ut ut sit, tam antiquam versionem Syriacam esse, ut S. Marco adscribi deberet, quod Syris, prodente Bellarmino & aliis, placet, ut credam, induci non possum. Nam, primò, Marcus mortuus est octavo Neronis anno, ut Hieronymus & alii testantur. At qui multi N. T. libri, ut Johannis Evangelium, Acta Apostolorum, Epistolæ ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Philemonem, & secunda ad Timotheum, post illud demum tempus scripti sunt. Deinde, Nulla fit Syriacæ versionis in scriptis veterum auctorum qui in Oriente vixere, & dili-

Bellarmin. l. de verbo Dei l. 2. c. 4

Hieronym. in script. Ecclesiast. Erasm. Vega Iunius in notis ad locum citatum

diligentissimè in diversas Sacræ Scripturæ editiones inquisivere, mentio. Denique, si vocabula Syriacæ versionis, cum vocabulis Syris, prout ab Apostolis in Græca editione citantur, quoque Hieronymus collegit, conferantur; videbimus Dialectum posterioris longè quam Apostolorum ætatis esse. Exempli gratia, μαμμῶνα, Matth. vi. 25. Memouno, γαββαθᾶ Johan. xix. 13. Gephiptho; γολγοθᾶ Matth. xxvii. 33. Gogoultho: Ακέλδαμα Actor. i. 19. Chalcaldemo; μαρανὰθα 1. Corinth. xvi. 22. Moraneto. Uno verbo, nullum est ferè nomen, quod non à veteri illa pronunciatione, seu in vocalibus, seu in consonantibus, seu in utroque abeat. *Hieronym. de nominib. Ebræ.*

CAP.

CAPUT XII.

De Iacobitis.

Niceph. Hist. Eccl. l. 18. c. 52. Damasc. l. de haeres.

IAcobitarum nomini, Jacobus Zanzalus Syrus, sectæ Eutychianæ strenuus defensor & propagator, qui circa Annũ Christi DXXX. vixit, originem dedit, si Nicephoro & Damasceno credimus. Hoc nomine hodie adhuc, in Cypro, Mesopotamia, Babylonia, & Palestina, (Patriarcha Hierosolymitanus ibidem residens, est etiam Jacobitarum sectæ,) in quibus regionibus † CLXM. velut alu † LM. familias hæc secta occupasse dicitur, veniunt, & inprimis Alepum Syriæ, Amidam Mesopotamiæ, & monten ejusdem regionis Tur dictum, incolunt: imò sub diversis titulis, per quadraginta regna, hanc hæresin sparsam, fama est. Patriarcham eos proprium à longo tempore habuisse, vel exinde patet,

† *Cruf. in Turcogr. cum l. 4 p. 297.*

† *Boter. Relat p. 3. l. 2 Breitenbuch. in peregr. Visitace Hist. Orist c. 76.*

quod

quod ipſius ſub temporibus Heraclii in Paulo Diacono fiat mentio. Habent & Eccleſiam Patriarchalem in monaſterio Saphran. dicto, propè Merdin urbem, in Septentrionalibus Meſopotamiæ partibus: Patriarcha verò in urbe Caramit, quæ veterum eſt Amida, Meſopotamiæ ut ex ſubſcriptione Conciliorum patet, metropolis, & ideò Caramit, id eſt, nigra Amida vocatur, quòd mœnia ipſius ex nigro ſint exſtructa lapide, quæque maximam partem à Chriſtianis incolitur, reſidet. Antequam Eutychianiſmus, in tantum prævaleret, ut Concilium Chalcedonenſe rejicerent, Patriarchæ Antiocheno, cujus authoritas, ut ex ſecundo Concilio videmus, Diœceſibus Orientis circumſcribebatur, ſuberant. Ideò & Patriarcha Jacobitarum, qui ſemper Ignatii nomen gerit, titulum quoque ſa-

Paulus Diaconus Hiſt. Miſcella l. 18.

Miraus in Notitia Epiſcop. Orb. p. 33.

Concil. Chalced. Actione 1. Concil. Conſtant. 1. Can 2. Notitia Provinci-

Google

cri-

triarchæ Antiocheni ſumſit. Eidem ſe, & Hieroſolymitanus, ex Jacobitarum quoque ſecta ſubmittit, ſicque veterem obedientiam, (Epiſcopi Hieroſolymitani ante Concilium Chalcedonenſe, Antiochenum patriarcham pro ſuperiore agnoſcebant, ea in patriarchatum An. DXL. erecta, tres quoque provinciæ Palæſtinæ cum conſenſu patriarchæ Antiocheni, ſedi huic ademptæ, & Hieroſolymitano patriarchæ attributæ ſunt) quodammodo renovat, & poſtliminio quaſi reducit. Quantum ad ipſorum religionem.

Mirani Notitia Epiſc. Orbis c. 36. Concil. Chalced. Actione 7.

Vitrinc. Hiſt. Or. c. 76.

I. Unam duntaxat naturam, unam voluntatem in Chriſto, & operationem agnoſunt. Ideò uno digito ſignum crucis formant, cum alii in Oriente Chriſtiani duobus id faciant.

Saligninc. Itin. Tom. 8. c. 1.

Thomas à Jeſu I 7 p. L. 6. 4.

II. Infantibus baptizandis crucem aliquando in fronte, aliquando

do in brachio, ferro ignito inurunt.

III. Circumciſionem in utroque ſexu uſurpant.

IV. Peccata ſua Deo ſoli plerumque, ſacerdoti rarò confitentur, ita, ut multi abſque confeſſione auriculari communicent. *Boecking. Hiſt. Eccl. p. 2. p. 38.*

V. Nec purgatorium, nec preces pro mortuis admittunt. *Thom. à Jeſu l. 7 p. 1. c. 23.*

VI. Pane azymo in Euchariſtia utuntur, eandemque ſub utraque ſpecie celebrant. *Salignac. Itin. T. 2. c. 23.*

VII. Sacerdotibus uxores ducere concedunt.

VIII. Juſtorum animas in terris ad diem judicii manere, ibidemque ſecundum Chriſti adventum expectare credunt. *Catechiſ. Lacedemar.*

IX. Angelos ex duabus ſubſtantiis, igne nempe & luce conſtare dicunt.

X. Dioſcorum & Jacobum Syrum tanquam ſanctos honorant, ſed *Thomas à Jeſu l. 7 p. 1. c. 14.*

ſed Eutychen hæreſeos damnant.

Puto tamen errorem primarium, & qui ſecedendi ab Eccleſia cauſam præbuit, ſeu Eutychis de una in Chriſto natura hæreſin, jam dudum maximam partem evanuiſſe. Vitriacus ſanè Pontificis tùm in illis oris legatus, cum in hoc negocio cum ipſis ageret, negaſſe, quòd unam ſolam in Chriſto naturam agnoſcerent, ſcribit: interrogatos verè cur uno digito crucis ſignum efformarent, ſe id uno digito ter facere, quod unam in Deitate naturam, & tres in una natura perſonas agnoſcerent, reſpondiſſe adjicit. Meonhardus etiam Gregorii XIII. in illis partibus legatus, Patriarcham quidem ſibi confeſſum eſſe, ſe quidem, unam tantum perſonatam naturam, exunione duarum naturarum non perſonatarum credere; ſimul tamen duas naturas in perſona unitas, abſ-

Vitriac. Hiſt. Or. c. 76.

Thomas à

quæ

que omni vel mixtione vel confusione agnoscere, nec in re, sed in terminis duntaxat à Latinis differre. Et licet, ut quidam illius temporis scriptores produnt, multi inter eos veterem illum errorem retineant: pro generali tamen & recepto accipiendum non esse, certum est. Confessiones Jacobitarum, qui in † Mesopotamia, † Ægypto, † Æthiopia, & † Armenia degunt, manifestè testantur, Eutychis errorem rejectum, & quod humana natura ex virgine assumpta, ejusdem naturæ nobiscum sit, & post unionem cum divina, absque ulla proprietatum mutatione, ab eadem distinguatur, agnosci.

Iosul. 7 p. 1. & 24.

† *Bibliot. veter. patrum Ts. 4. p. 1050. Baron. Ts. 6 Annal. in fine.*

† *Zaga Zabe apud Geez.*

† *Confess Armenor. p. 28. 29*

CAP. XIII.

De Cophtitis.

CHristiani qui in Ægypto degunt Cophtitarum nomine,

quod non tam religioni quàm regioni competit, insigniuntur. Regioni inquam. Nam & Masius Ægyptios in quibusdam monumentis, Ægophti, quod vulgo Cophti vel Capti sonat, quam appellationem & ipsi usurpant, ut in Confessione Ægyptiorum apud Baronium videre est, nominari observavit; & Ægyptum ab insulis Chibth vocari, Ortelius post Thevetum, Gophti in Thalmude Scaliger scribit. Taceo Drusium, qui à R. Davide & R. Schelomone, non sed non sine trajectione literarum, prodidit. Religionem quod spectat, non differunt à Jacobitis, & observat Damascenus, eosdem sectarios, qui in Ægypto Ægyptii, quòd ibi plurimum patrocinii illa hæresis de una in Christo natura invenisset, vocabantur; in Syria de numine Jacobi Syri, Jacobitas appellatos fuisse: & vel bo-

Masius in geogr. Syror.

Baron. in Append. Eccl. Alex. Tom 6. Annal.

Scalig. ad Euseb. An. 17. 4.

Drus. de reb. Jud. l. 2. c. 14.

Damascen. de haeres.

hodie *Severi*, Dioſcori, & Jacobi, primariorum hujus hæreſeos patentum in ſuis liturgiis, honoris etgò meminere. *Sequentia* de iis annotata ſunt.

I. Utuntur circumciſione non tã fortè religionis quàm conſuetudinis apud illam nationem receptæ gratiâ, quæ tamen ſuaſu pontificii ad *Synodum* Cairenſem legati, abrogata eſſe, Anno MDLXXXIII. dicitur. *Boter. Relat p. 3. l. 3 Thomas à Jesu de converſ gent l. 1. p. 1. c. 6.*

II. Conferunt inferiores ſacerdotii Ordines etiam infantibus, etiam poſt Baptiſmum, parentibus ipſorum loco ſpondentibus, donec ad decimum ſextum ætatis annum perveniſſent, quod caſtitatem ſervaturi, & jejunia dierum Mercurii, Veneris, & quatuor anni temporum, obſervaturi eſſent. Nullius efficaciæ Baptiſmum eſſe putant, qui a ſacerdote, & quidem in templo adminiſtratus non eſſet, *Thomas à Jesu l. c. p. 1. c. 5.*

quacunque tandem neceſſitate interveniente.

Thomas à Ieſu ibid. III. Non baptizant ante quadrageſimum diem ſuos infantes, etiamſi periculum mortis intercurrat.

Thevet. in Coſmog. de Levant 248. IV. Euchariſtiam ſub utraque ſpecie exhibent.

V. In eadem pane fermentato utuntur.

VI. Eandem infantibus, ſtatim poſt Baptiſmum offerunt.

VII. Ægrotis nec Euchariſtiam nec extremam unctionem conferunt.

Thom. à Ieſu ibid. VIII. Quamvis *Spiritum Sanctum* à *Patre* & *Filio* procedere credant: tamen, dum *Symbolum* Nicænum recitant, verba illa, & à filio, quod & Græci faciunt, omittunt.

Thom à Ieſu de Couvers l. 7. p. 1. c. 5. IX. Nec purgatorium, nec preces pro mortuis admittunt.

X. Contrahunt matrimonium

in secundo consanguinitatis gradu, absque ulla dispensatione.

XI. In solis urbibus diem Dominicum & alios festos observant.

XII. In celebratione Eucharistiæ non elevant sacramentum.

XIII Rejiciunt omnia Concilia universalia quæ Ephesinum subsecuta sunt. Concilium verò Chalcedonense expressè damnant.

XIV. In Liturgus legunt Evangelium Nicodemi.

XV. Ecclesiam Romanam hæreseos accusant, ideò communionem Latinorum non minus quàm Judæorum vetant. Et licet Baronius, in fine Tomi sexti Annalium, legationem Marci Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. Pontificem, qua se Romano Papæ submisisse dicitur, citet: Compertum tamen postea est, rebus melius examinatis, impostura tantum modo fuisse. H 5 XVI.

Thom à Jesu lib citato.

XVI. Defendunt opinionem de una in Christo natura, ita tamen, ut quamvis in thesi Eutychen sequantur, in speciali tamen declaratione, vel hodie ab ipso abeant. Christum enim verum ac perfectum Deum esse cognoscunt, duasque naturas, divinam & humanam in unam abiviſſe, non per commixtionem sed per coadunationem credunt: sed ne in Nestorii hæresin, quæ duas in Christo naturas ponit incidant, duas esse in Christo naturas dicere non audent. Hæc hæresis ut ab Eutyche originem suam sumsit, sic in multos post ramos distracta à tempore Concilii Chalcedonensis, in quo Eutychianismus damnatus, & Dioscurus Alexandrinus Patriarcha depositus est, cum ab aliis Orientalibus Christianis, tum inprimis ab Ægyptiis fota & propagata est, & quidem ita, ut non tantum aliquot

Con. el Chalcedō. Act 3.

Alc-

Alexandrini & Antiocheni patriarchæ, cum suis Episcopis, & Suffraganeis eam defenderint: sed & aliquot Synodos habitas, apud Evagrium, Nicephorum, Leontium, & in libro Συνόδικον dicto, & à Pappo in lucem protracto, legamus, in quibus decreta Concilii Chalcedonensis, cui sexcenti triginta Episcopi interfuere, quodque à triginta provincialibus Synodis, per literas ad Leonem Imperatorem datas, ut in libro Conciliorum extat, confirmatum, & ab omnibus Occidentis totius Episcopis, receptum est, condemnata sunt Imò, nec hodie quidem istud vulnus Ecclesiis Ægyptiacis inflictum, adhuc in totum coaluit Non enim ità multa abiere lustra; ex quo cum nonnulli Jesuitæ, de hoc articulo jussu Pontificis Romani, cum patriarcha Alexandrino & ejus Synodo agerent, Christum quidem verum

Evagrius l. 2. c. 5. 6 11. 24. 30.

Leont. de sect. Act. 5. Nicephor. Hist. Eccl. Lib. 18. c. 46. 47. 48. 49. 50.

Peter. Kollat p. 3. l. 3.

rum Deum & hominem esse (si h
storiæ fides habenda) respon su
est: duarum verò naturarum, nu
lam, datâ operâ, mentionem fe
cere, ne pedetentim in hæresin c
duabus personis laberentur. R
gimen Ecclesiasticum quod sp
ctat, subsunt patriarchæ Alexan
drino, cujus sedes Alexandriâ Ca
rum translata est: in quibus ui b
bus tria duntaxat sunt hodie Chr
stianorum templa, cum Burchar
tempore ante annos trecentos
quinquaginta, supra quadragin
fuerint. Jurisdictioni ejus subsun
non tantum Ægyptii, quorum nu
merus LM. non excedit, cum Bu
chardi tempore CCCM. numerarer
tur, & exiguæ Christianorum tar
circa sinum Arabicum & monte
Sinai, Orientem versus, quam i
Africa, ad magnam usque Syrtim
Occidentem versus, reliquæ: se
& interioris Æthiopiæ Christian

Chytræus de statu Eccles. 31. Baron. Tom. 6. in fine.

Ne

Nec audiendus eſt Alvarez, qui in ſua Æthiopiæ hiſtoria, Chriſtianos Nubienſes pontificis Romani ſuperioritatem agnoviſſe, & ab ipſo conſecratos Epiſcopos habuiſſe ſcribit. Nam præterquam quod Saligniacus pontificis protonarius, & rerum Orientalium ſatis gnarus id neget, & à proprio Antiſtite, quem ſacerdotem legis vocabant, rectos affirmet; certum quoque eſt nullum Eccleſiaſticam Hiſtoriam ſeu veterem ſeu recentem, hujus rei mentionem facere; certum, Concilium Nicænum, ut in Gelaſio Cyziceno legimus, Nubiam, patriarchæ Alexandrino aſſignaſſe; non dubium, patriarchatum Alexandrinum medium inter Nubiam & Romam jacere: Nubas, Jacobitas, ut Cardinalis Vitriacus & Brocardus prodidere, & Baptiſmus per Crucis inuſionem, quod apud Saligniacum invenies oſten-

Alvarez. Hiſt Æthiop c. 137.

Concil. Nicæn. l. 3. c. 36.

Vitriac. Hiſtor. Orient c. 76 Brocard. deſcript. terræ ſanct.

dit, fuiſſe, qui Patriarchæ Alexandrino ſubjacebant: denique eosdem, in ſumma Eccleſiarum neceſſitate, non ad Pontificem Romanum, ad quem, ſi ejus authoritatem agnoviſſent, confugiſſent, ſed ad Regem Abyſſinorum confugiſſe, ab eodemque rumun mi-
Alvar l. c. nitanti Eccleſiæ ſuæ ſuppetias petiſſe.

CAPUT XLV.

De Abyſſinis.

UTrum interioris Æthiopiæ incolæ Abyſſinorum nomen ex
Strabo Geogr. l. 2. & 17. Plin. H. N. l. 5. c. 8. Solin. Polyhiſt. c. 34. eo acceperint, quod in domibus, quas Ægyptii tecta Strabone Anaſes vocant habitent, & ita à Troglodytis, qui in cavernis & ſpeluncis degunt, diſtinguantur: an alunde, curioſioribus indagandum relinquo: hoc pro certo affirmare poſſum, Jacobitas religione eſſe.

Sanè

Sanè Rex ipsorum sæpissimè Princeps Jacobitarum in historiis vocatur. Nullam Concilii Chalcedonensis, quod hæresin Jacobi Syri damnavit, in Liturgiis suis mentionem faciunt, cum Nicæni, Constantinopolitani, & Ephesini meminerint. Et Zago Zabo Episcopus Abyssinus refert, licet Patriarcham proprium, quem lingua sua Abunam, id est, patrem vocant, habeant: quia Monachis Abyssinis Ordinis S. Antonii Hierosolymæ residentibus eligitur: soli tamen ad eum dignitatis gradum perveniunt, qui Alexandrini Patriarchæ superioritatem agnoscunt, & ordini S. Antonii nomen dedere: ut interim taceam, à Patriarcha Alexandrino Abunam futurum confirmari, & eo titulo ornatum, in Æthiopiam mitti: eundemque Patriarcham, Abunæ in Liturgiis modernis præponi, proque eo

Liturg. Æthiop. T. 6. Bibliot. veter. patrum p. 590 & 651.

preces fundi. Vetuſtiſſimam hanc Alexandrini Patriarchæ in Abyſſinos authoritatem eſſe in Arabico de Concilio Niceno libro, quem Piſanus vertit, reperire eſt. Ibi enim, ea quæ jam de Abuna Æthiopiæ diximus, referuntur, Abuna Catholici titulo donatur, eidemque ſeptimus in Conciliis generalibus locus, à Seleuciæ nempe Epiſcopo, qui Hieroſolymitanum patriarcham ſubſequebatur, proximus, decreto ejusdem Concilii aſſignatur. Specimen ipſorum religiônis hoc damus.

Concil Nicen. l. 3. c. 36.

I. Circumcidunt octavo die liberos tam fœmellas quàm mares.

Zaga Zabo darelig. Æthiop. apud Damian à Goes.

II. Diem Saturni eodem honore, quo diem Dominicum dignantur.

III. De carnibus animalium quæ in V. T. pro immundis habentur, non guſtant.

Alvar.

IV. in Euchariſtia panè azymo utun-

uuntur, contra morem totius Orientis, Armenios si exceperis. Nihilominus Tecla Monachus Abyssinus fermentatum semper esse in usu, azymum semel in anno, nempe die Jovis ante Paschatis festum, prodidit. *Hist. Ethiop. l. 1. c. 11. Thomas à Jesu l. 3. c. 13. Tecla Abyssinus apud Thomam à Jesu ibid.*

V. Communicant sub utraque specie, stando, ad minimum singulis septimanis semel, tam Clerici quam Laici, idque in templo. Presbyter panem, Diaconus vinum cochlear distribuit. Extra templũ, ne Regi quidem vel Patriarchæ communicare fas est. Eo die, ad solis occasum usque, spuere non licet.

VI. Eucharistia, infantibus etiam, & quidem statim post Baptismum, exhibetur. Baptizantur autem mares quadragesimo, fœminæ octuagesimo die, nisi mortis periculum interveniat. Nec admittuntur puerperæ in templum, donec *Idem ibid. & Zago Zabo.*

nec illud tempus elapsum fuerit.

Tecla Abyssin apud Thom l. 7. p. 1. c. 13.

VII. Unam duntaxat in Christo naturam & voluntatem admittunt, sed absque permistione divinæ & humanæ substantiæ.

VIII. Animas humanas per traducem propagari opinantur.

Thomas à Jesu l. c. c. 8

IX. Infantes ante Baptismum mortuos, salvari credunt: tum quòd fidelibus parentibus sint orti, tum quòd vi & efficacia Eucharistiæ à matre post conceptionem receptæ, in utero sanctificentur.

Alvar. Hist Æthiop. c. 22.

X. Commisso peccato statim ad Confessionarium currunt, & sacramentum Eucharistiæ recipiunt, etiamsi id singulis diebus faciendum esset.

Tecla Abyss apud Thomam.

XI. Pictas imagines in templis habent, sculptas non item.

XII. Tria duntaxat generalia Concilia recipiunt; Chalcedonense, quod opinionem de una in Christo

Chriſto natura rejecerit, & Dioſcorum Patriarcham damnaverit, rejiciunt.

XIII. Nec elevant Euchariſtiam dum eam celebrant ſed regunt, nec poſt communionem ſervant.

XIV. Obſtinatos peccatores excommunicare ſoli Patriarchæ competit: nec tamen eſt in uſu, niſi in homicidas ſtringatur.

XV. Sacerdotes & inferiores Clerici, Monachi adeò ipſi, proprius ſe laboribus ſuſtentant: nec ipſis decimæ dantur, nec mendicare conceditur.

XVI Epiſcopatus & alia Eccleſiaſtica beneficia, Patriachatu excepto, conferre, Regis eſt proprium.

XVII Nec confirmationem, nec extremam unctionem in uſu habent.

XVIII. Epiſcopis & ſacerdotibus uxores ducere licet: ſed ad ſecunda

Thom à Jesu lib citato.

XVI. Defendunt opinionem de una in Christo natura, ita tamen, ut quamvis in thesi Eutychen sequantur, in speciali tamen declaratione, vel hodie ab ipso abeant. Christum enim verum ac perfectum Deum esse cognoscunt, duasque naturas, divinam & humanam in unam abiviſſe, non per commixtionem sed per coadunationem credunt: sed ne in Nestorii hæresin, quæ duas in Christo naturas ponit incidant, duas esse in Christo naturas dicere non audent. Hæc hæresis ut ab Eutyche originem suam sumsit, sic in multos post ramos distracta à tempore Concilii Chalcedonensis, in quo Eutychianismus damnatus, & Dioscurus Alexandrinus patriarcha depositus est, cum ab aliis Orientalibus Christianis, tum inprimis ab Ægyptiis fota & propagata est, & quidem ita, ut non tantum aliquot

Conc. Chalcedo. Act. 3.

Ale-

Alexandrini & Antiocheni patriarchæ, cum suis Episcopis, & Suffraganeis eam defenderint: sed & aliquot Synodos habitas, apud Evagrium, Nicephorum, Leontium, & in libro Συνόδικον dicto, & à Pappo in lucem protracto, legamus, in quibus decreta Concilii Chalcedonensis, cui sexcenti triginta Episcopi interfuere, quodque à triginta provincialibus Synodis, per literas ad Leonem Imperatorem datas, ut in libro Conciliorum extat, confirmatum, & ab omnibus Occidentis totius Episcopis, receptum est, condemnata sunt Imò, nec hodie quidem istud vulnus Ecclesiis Ægyptiacis inflictum, adhuc in totum coaluit Non enim ità multa abiere lustra; ex quo cum non nulli Jesuitæ, de hoc articulo jussu Pontificis Romani, cum patriarcha Alexandrino & ejus Synodo agerent, Christum quidem verum.

Evagrius, c. 5. 16. 21. 24. 30.

Leont. de sect. Act. 5.

Nicephor. Hist. Eccl. lib. 18. c. 44. 45.

Boter. Rel. lat. p. 3. l. 3.

rum Deum & hominem esse (si historiæ fides habenda) responsum est: duarum verò naturarum, nullam, datâ operâ, mentionem fecere, ne pedetentim in hæresin de duabus personis laberentur. Regimen Ecclesiasticum quod spectat, subsunt Patriarchæ Alexandrino, cujus sedes Alexandriâ Cairum translata est; in quibus urbibus tria duntaxat sunt hodie Christianorum templa, cum Burchardi tempore ante annos trecentos & quinquaginta, supra quadraginta fuerint. Jurisdictioni ejus subsunt, non tantum Ægyptii, quorum numerus L.M. non excedit, cum Burchardi tempore CCCM. numerarentur, & exiguæ Christianorum tam circa sinum Arabicum & montem Sinai, Orientem versus, quam in Africa, ad magnam usque Syrtum, Occidentem versus, reliquiæ: sed & interioris Æthiopiæ Christiani.

Chytræus de statu Eccles. 31. Baron. Tom. 6. in fine.

Nec

Nec audiendus est Alvarez, qui in sua Æthiopiæ historia, Christianos Nubienses pontificis Romani superiorittatem agnovisse, & ab ipso consecratos Episcopos habuisse scribit. Nam praterquam quod Saligniacus pontificis protonarius, & rerum Orientalium satis gnarus id neget, & à proprio Antistite, quem sacerdotem legis vocabant, rectos affirmet; verum quoque (si nullum Ecclesiasticam Historiam seu veterem seu recentem, hujus rei mentionem facere; certum, Concilium Nicænum, ut in Gelasio Cyziceno legimus, Nubiam, patriarchæ Alexandrino assignasse; non dubium, patriarchatum Alexandrinum medium inter Nubiam & Romam jacere: Nubas, Jacobitas, ut Cardinalis Vitriacus & Brocardus prodidere, & Baptismus per Crucis inustionem, quod apud Saligniacum invenies ostendit,

Alvarez. Hist. Æthiop. c. 137.

Concil. Nicæn. l. 3. c. 36.

Vitriac. Histor. Orient. c. 76 Brocard. descript. terræ sanct. &c.

dit, fuiſſe, qui Patriarchæ Alexandrino ſubjacebant: denique eosdem, in ſumma Eccleſiarum neceſſitate, non ad Pontificem Romanum, ad quem, ſi ejus authoritatem agnoviſſent, confugiſſent, ſed ad Regem Abyſſinorum confugiſſe, ab eodemque rumum imAlvar l. c. mutanti Eccleſiæ ſuæ ſuppetias petuſſe.

CAPUT XIV.

De Abyſſinis.

UTrum interioris Æthiopiæ incolæ Abyſſinorum nomen ex eo acceperint, quod in domibus, quas Ægyptii teſte Strabone Anaſes vocant habitent, & ita à Troglodytis, qui in cavernis & ſpeluncis degunt, diſtinguantur: an alStrabo Geogr. l. 2. & 17. Plin. H. N. l. 5. c. 8. Solin. Polyhiſt. c. 34. unde, curioſioribus indagandum relinquo: hoc pro certo aſſirmare poſſum, Jacobitas religione eſſe.

Sanè

Sanè Rex ipsorum sæpissimè Princeps Jacobitarum in historiis vocatur. Nullam Concilii Chalcedonensis, quod hæresim Jacobi Syri damnavit, in Liturgiis suis mentionem faciunt, cum Niceni, Constantinopolitani, & Ephesini meminerunt. Et Zago Zabo Episcopus Abyssinus refert, licet Patriarcham proprium, quem lingua sua Abunam, id est, patrem vocant, habeant: qui à Monachis Abyssinis Ordinis S. Antonii Hierosolymæ residentibus eligitur: soli tamen ad eum dignitatis gradum perveniunt, qui Alexandrini patriarchæ superioritatem agnoscunt, & ordini S. Antonii nomen dedere: ut interim taceam, a Patriarcha Alexandrino Abunam futurum confirmari, & eo titulo ornatum, in Æthiopiam mitti: eundemque Patriarcham, Abunæ in Liturgiis moderno præponi, proque eo

Liturg. Æthiop. T. 6. Biblioth. veter. patrum p. 590 & 651.

preces fundi. Vetuſtiſſimam hanc Alexandrini Patriarchæ in Abyſſinos authoritatem eſſe in Arabico de Concilio Niceno libro, quem Piſanus vertit, reperire eſt. Ibi enim, ea quæ jam de Abuna Æthiopiæ diximus, referuntur, Abuna Catholici titulo donatur, eidemque ſeptimus in Conciliis generalibus locus, à Seleuciæ nempe Epiſcopo, qui Hieroſolymitanum Patriarcham ſubſequebatur, proximus, decreto ejusdem Concilii aſſignatur. Specimen ipſorum religionis hoc damus.

Concil. Nicen. t. 3. c. 36.

Zaga Zabo de relig. Æthiop. apud Damian à Goes.

I. Circumcidunt octavo die liberos tam fœmellas quàm mares.

II. Diem Saturni eodem honore, quo diem Dominicum dignantur.

III. De carnibus animalium quæ in V. T. pro immundis habentur, non guſtant.

Alvar.

IV. in Euchariſtia panè azymo utun-

uuntur, contra morem totius Orientis, Armenios ſi exceperis. Nihilominus Tecla Monachus Abyſſinus fermentatum ſemper eſſe in uſu, azymum ſemel in anno, nempe die Jovis ante Paſchatis feſtum, prodidit. *Hiſt. Abiſſ. c. 11. Thomas à Jeſu l. 7. c. 6. 13. Tecla Abyſſin. apud Thomam à Jeſu ibid.*

V. Communicant ſub utraque ſpecie, ſtando, ad minimum ſingulis ſeptimanis ſemel, tam Clerici quam Laici, idque in templo. Presbyter panem, Diaconus vinum cochleari diſtribuit. Extra templum, ne Regi quidem vel Patriarchæ communicare fas eſt. Eo die, ad ſolis occaſum uſque, ſpuere non licet.

VI. Euchariſtia, infantibus etiam, & quidem ſtatim poſt Baptiſmum, exhibetur. Baptizantur autem mares quadrageſimo, fœminæ octuageſimo die, niſi mortis periculum interveniat. Nec admittuntur puerperæ in templum, donec *Idem ibid. & Zaga Zabo.*

nec illud tempus elapsum fuerit.

Vela Abyssin apud Thom l. 7. p. 1. c. 13.

VII. Unam duntaxat in Christo naturam & voluntatem admittunt, sed absque permistione divinæ & humanæ substantiæ.

VIII. Animas humanas per traducem propagari opinantur.

Thomas à Jesu l. 2. c. 8

IX. Infantes ante Baptismum mortuos, salvari credunt: tum quòd fidelibus parentibus sint orti, tum quòd vi & efficacia Eucharistiæ a matre post conceptionem receptæ, in utero sanctificentur.

Alvar. Hist Æthiop. c. 22.

X. Commisso peccato statim ad Confessionarium currunt, & sacramentum Eucharistiæ recipiunt, etiamsi id singulis diebus faciendum esset.

Vela Abyss apud Thomam.

XI. Pictas imagines in templis habent, sculptas non item.

XII. Tria duntaxat generalia Concilia recipiunt; Chalcedonense, quod opinionem de una in Christo

Chriſto natura rejecerit, & Dioſcorum Patriarcham. damnaverit, rejiciunt.

XIII. Nec elevant Euchariſtiam dum eam celebrant ſed tegunt, nec poſt communionem ſervant.

XIV. Obſtinatos peccatores excommunicare ſoli Patriarchæ competit: nec tamen eſt in uſu, niſi in homicidas ſtringatur.

XV. Sacerdotes & inferiores Clerici, Monachi adeò ipſi, propriis ſe laboribus ſuſtentant: nec ipſis decimæ dantur, nec mendicare conceditur.

XVI. Epiſcopatus & alia Eccleſiaſtica beneficia, Patriachatu excepto, conferre, Regis eſt proprium.

XVII. Nec confirmationem, nec extremam unctionem in uſu habent.

XVIII. Epiſcopis & ſacerdotibus uxores ducere licet: ſed ad ſecunda

cunda tranſire vota, abſque Patriarchæ diſpenſatione non licet.

Alvarez. Hiſtor. c. 5. XIX. Comedunt etiam diebus Veneris tempore inter Paſchatos & Pentecoſtes feſtum interjecto, carnes: nec diebus Sabbathi per totum annum, quadrageſima excepta, iis abſtinent.

Alvar. c. 23. XX. Singulis annis in lacubus vel paludibus die Epiphaniorum rebaptizantur.

Circumciſionem & rebaptizationem quod ſpectant, videntur hæc duo in uſum, non tanquam res ad religionem neceſſariæ, ſed tanquam antiqui ritus, deveniſſe. Equidem circumciſionem quam octavo die peragunt, à Judæis habere veriſimile eſt: ſed quia utrumque ſexum circumcidunt, quod Judæi non faciunt, videntur hoc vel ab antiquis Æthiopibus, vel ab Arabibus, à quibus deſcendiſſe creduntur. Unde Utamus apud *Stephan.* Stepha-

Stephanum de urbibus, pro natione Arabum Sabæis vicina ipſos habet, habere. Sanè circumciſionem apud veteres Æthiopas in uſu fuiſſe, Herodotus prodidit: fuiſſe eandem apud Arabas in conſuetudine, eamque fortè ab Iſmaele & filiis Abrahami ex Ketbura, inter quos Scheba recenſetur, originem accepiſſe, paſſim apud ſcriptores invenies. Quòd ſi & religionis aliquam rationem in hoc ritu habent, facere id in memoriam, & exemplo Chriſti qui circumciſus eſt, amoris erga ipſum teſtandi ergò, quod Zago Zaba prodidit, credendum. Rebaptizatio, quæ die Epiphaniorum, qua Chriſtum baptizatum eſſe, cum multis antiquis ſcriptoribus credunt, adminiſtratur teſte Alvarezio, qui diu illis in locis vixit, à Regis tum imperantis avo, ante centum circiter & quinquaginta annos, introducta eſt.

ἀφὲς μίλων. Herodot. l. 2.

illius metropolis, nunc Sis non pro-
eul à Tharso Ciliciæ; medium ju-
risdictionis interstitium Euphra-
